

Plautus: Non omnis ætas ad perdiscendum est factis (1): hinc poetæ æterna templa cæli. A cæli naturali discrimine civilia vocabula dies accesserunt. Dicam prius, qui deorum causa; tum qui hominum, sint instituti. Dies Agonales per quos rex in regia arietem immolat, dicti ab agone, eo quod interrogatur a principe civitatis, & princeps gregis immolatur. Carmentalia nominantur, quod sacramentum & feriæ Carmentis. Lupercalia dicta, quod in lupercali luperci sacra faciunt. Rex cum ferias menstruas Noneis Februariis edicit, hunc diem februatum appellat. Februum Sabini purgamentum, & id in sacris nostris verbum. Nam & Lupercalia februatio, ut in antiquitatum libris demonstravi. Quirinalia a Quirino, quod ei deo feriæ, & eorum hominum, qui fornacibus suis non fuerunt feriati. Feralia ab inferis, & ferendo, quod ferunt tum epulas ad sepulcrum, quibus jus ibi parentare. Terminalia quod is dies anni extremus constitutus. Duodecimus enim mensis fuit Februarius, & cum intercalatur, inferiores quinque dies duodecimo demuntur mense. Equiria ab equorum cursu. Eo enim die currunt equi in campo Martio. Liberalia dicta, quod per totum oppidum eo die sedent sacerdotes Liberi hedera coronatæ anus cum libeis & foculo pro emptore sacrificantes. In libris Saliorum, quorum cognomen Agonensium, forsitan hic dies ideo appellatur potius Agonia. Quinquatrus hic dies unus a nominis errore observatur proinde, ut sint quinque [2]: dictus ab Tusculaneis post diem sextum Eidus similiter vocatur sextatrus: & post diem septimum, septimatrus: sic hic quod erat post diem quintum Eidus quinquatrus. Tubilustrum appellatur, quod eo die in atriolatorio sacrorum tubæ lustrantur. Megalesia dicta a Græcis, quod ex libris Sibyllineis accersita ab Attalo rege Pergami prope murum Megalesion, ubi templum ejus deæ, unde advecta Romam. Fordicidia a fordeis bubus; bos forda, quæ fert in ventre: quod ea die publice immolantur boves prægnantes in curiis complureis: a fordeis cædendeis fordicidia dicta. Palilia dicta a Pale, quod & feriæ ei deæ fiunt, ut Cerialia a Cerere. Vinalia a vino. Hic dies Jovis, non Veneris. Hujus rei cura non levis in Latio. Nam aliquot locis vindemiæ primum a sacerdotibus publice fiebant; ut Romæ etiam nunc: nam flamen Dialis auspicatur vindemiam: & ut iussit vinum legere, agna Jovi facit: inter cujus exta cæsa, & porrecta flamen prorsus viam legit. In Tusculaneis sacris est; vinum novum ne vehatur in urbem ante, quam vinalia kalentur. Robigalia dicta ab Robigo: secundum segetes huic deo sacrificatur, ne rubigo occupet segetes. Dies Vestalia, ut virgines Vestales Vestæ sacrificent. Quinquatrus Minusculæ dictæ Junia Eidus ab similitudine Majorum, quod tibicines tum feriati per urbem vagantur, & conveniunt ad ædem Minervæ. Dies Fortis Fortunæ appellatus ab Servio Tullio rege, quod is sanum Fortis Fortunæ secundum Tiberim extra urbem Romam dedicavit Junio mense. Dies Populi fuga videtur nominatus, quod eo die repente

Tom. VII.

[1] *Sat est.* Plaut. in Trucul. (2) *Quartus si- ve quintus.* (3) *Cur.* (4) *Quartumdecimum, ex fastis.* (5) *Trisum.* [6] *A suffiundo, ut sub-*

tumta fugerit populus: non multo enim post hic dies, quam decessus Gallorum ex urbe, & qui tum sub urbe populi, ut Ficuleates, ac Fidenates, & finitimi alii contra nos conjurarunt. Aliquot hujus diei vestigia fugæ in sacris apparent. De quibus rebus antiquitatum libri plura referunt. Nonæ caprotinæ, quod eo die in Latio Janoni Caprotinæ mulieres sacrificant, & sub caprifico faciunt, & e caprifico adhibent virgam. Ob hoc (3) toga prætexta data eis: Apollinaribus Iudeis docui populum. Neptunalia a Neptuno. Ejus enim dei feriæ. Furinalia a Furina, quod ei deæ feriæ publicæ dies is, cujus deæ honos apud antiquos. Nam ei sacra instituta annua, & flamen adtributus; nunc vix nomen notū paucis. Portumnalia dicta a Portumno, cui eo die ædes in portu Tiberino facta, & feriæ institutæ. Vinalia Rustica dicuntur ante diem duodecimum (4) Kalendas Septembris; quod tum Veneri dedicata ædis, & orti ejus tutelæ assignantur, ac tum sunt feriati olitores. Consualia dicta a Conso, quod tum feriæ publicæ ei deo, & in circo ad aram ejus ab sacerdotibus fiunt ludi illi, quibus virgines Sabinæ raptæ. Volcanalia a Volcano, quod ei tum feriæ, & quod eo die populus pro se in ignem animalia mittit. Opeconsiva dies ab dea Opeconsiva, cujus in regia sacrarium; quod ideo actum, ut eo præter virgines Vestales, & sacerdotem publicum introeat nemo. Is cum eat, suffibulum haud habeat: scriptum (5) id dicitur, ut a suffiundo subligaculum (6). Vortumnalia a Vortumno, cujus feriæ Oso- bri mense. Meditrinalia dies dictus a medendo; quod, ut Flaccus flamen Martialis dicebat, hoc die solitum vinum novum & vetus libari, & degustari medicamenti causa. Quod facere solent etiam nunc multi, cum dicant; Novum vetus vinum bibo: novo veteri morbo medeor (7). Fontinalia a fonte, quod is dies feriæ ejus: ab eo autem tum, & in fontes coronas jaciunt, & puteos coronant. Armilustro ab eo quod in armilustro armati sacra faciunt; nisi locus potius dictus ab heis, sed quod de heis prius: id ab luendo, aut lustro, id est, quod circumibant ludentes ancilibus armati. Saturnalia dicta ab Saturno, quod eo die feriæ ejus: ut post diem tertiam Opalia Opis. Angeronalia ab Angerona, cui sacrificium fit in curia. Accalia feriæ publicæ Laurentinæ is dies, quem quidam in scribendo Laurentalia appellant; ab Acca Laurentia nominatus, cui sacerdotes nostri publice parentant sexto die, qui atra (8) dicitur, & dicunt hunc diem Tarentini Accas Tarentinas. Hoc sacrificium fit in Velabro, qua in novam viam exitur, ut ajunt quidam ad sepulcrum Accæ: ut quod ibi prope faciunt diis manibus servilibus sacerdotes: qui uterque locus extra urbem antiquam fuit, non longe a porta Romanula: de qua in priori libro dixi. Dies septimontium nominatus ab heis septem montibus, in quibus sita urbs est. Feriæ non populi, sed montanorum modo, ut paganilibus qui sunt alicujus pagi. De statuteis diebus dixi, nunc de annalibus dicam. Compitalia, dies adtributus laribus, ut alibi, ideo ubi viæ competunt, tum in compiteis sacrificatur (9); quotannis is die

K k k

con-

*lig. ex verisimili conjectura.* (7) *Novum vinum vetus bibo: Vetus vinum novum bibo: Novo veteri vino morbo medeor.* [8] *Acca.* (9) *Sacrificant.*

concipitur. Similiter Latinæ feriæ dies conceptivus dictus a Latineis populeis, quibus ex Albano monte ex sacreis carnem petere fuit jus cum Romaneis: a quibus Latineis Latinæ dictæ. Sementinæ feriæ, dies is, qui a pontificibus dictus; appellatus a semente, quod sationis causa susceptæ. Paganicæ ejusdem agri culturæ causa susceptæ, ut haberet in agreis omnis pagus: unde paganicæ dictæ sunt. Præterea feriæ conceptivæ, quæ non sunt annales; ut hæc, quæ dicuntur sine proprio vocabulo, aut cum perspicuo; ut Novendialis. De his diebus nunc jam, qui hominum causa constituti, videamus. Primi dies mensium nominati Kalendæ, ab eo quod his diebus kalentur ejus mensis Nonæ a pontificibus quintanæne, an septimanæ sint futuræ, in capitolio in curia Kalabra sic dictæ: Quinque kalo Juno Novella. Septem kalo Juno Nevella. Nonæ appellatæ, aut quod ante diem nonum Eidus semper, aut quod ut nonus annus Kalendæ Januariæ ab novo sole appellatæ, novus mensis, nova luna Noneis. Eodem die enim in urbem ab agreis ad regem conveniebat populus. Harum rerum vestigia apparent in sacreis Nonalibus in arce; quod tunc ferias primas menstruas, quæ futuræ sint eo mense, rex prædicat (1) populo. Eidus ab eo quod Tusci Itus, vel potius quod Sabini Eidus dicunt. Dies postridie Kalendas, Nonas, Eidus appellati atri; quod per eos dies novi inciperent. Dies fasti, per quos prætoribus omnia verba sine piaculo licet fari. Comitiales dicti, quod tum esset populus constitutus ad suffragium ferendum; nisi si quæ feriæ conceptæ essent, propter quas non liceret, ut Compitalia, & Latinæ. Contrarii horum vocantur dies nefasti, per quos dies, nefas fari prætorum: Do, dico, addico. Itaque non potest agi. Necessè est aliquo eorum uti verbo, cum lege quid peragitur. Quod si tum imprudens id verbum emisit, aut quem manum sit, ille nihilominus est liber, sed vitio, ut magistratus vitio creatus, nihilo secius magistratus. Prætor, qui tum fatus est, si imprudens fecit, piaculari hostia facta piatur; si prudens dixit, Quintus Mucius abnegabat (2) eum expiari: & ut impium non posse dicebat. Intercisi dies sunt, per quos mane & vesperi est nefas, medio tempore inter hostiam cæsam & exta porrecta fas: a quo quod fas tum intercedit, intercisi dies, aut quod tum intercisum, nefas. Dies qui vocatur sic, Quando rex comitiavit, fas: dictus ab eo, quod eo die rex sacrificulus dicat ad comitium, ad quod tempus est nefas, ab eo fas. Itaque post id tempus lege actum sæpe. Dies qui vocatur, Quando stercus delatum fas: ab eo appellatus, quod eo die ex æde Vestæ stercus everritur, & per capitolinum clivum in locum defertur certum. Alliensis dies ab Allia fluvio dictus. Nam ibi exercitu nostro fugato, Galli obsederunt Romam. Quod ad singulorum dierum vocabula pertineat (3) dixi. Mensium nomina sunt aperta fere, si a Martio, ut antiqui instituerunt, numeres. Nam primus a Marte; secundus, ut Fulvius Flaccus scribit, & Junius Gracchus a Venere, quod ea sit *Ἀφροδίτη* cujus nomen ego, antiqueis littereis quod nusquam inveni, magis puto dictum,

(1) Edicit. (2) Ambigebat.  
(3) Pertinet. (4) Discriminum.

quod ver omnia aperit, Aprilem. Tertius a majoribus Majus. Quartus a junioribus Junius. Dehinc quintus Quintilis, & sic deinceps usque ad Decembrem a numero. Ad hos qui additi; prior a principe Jano Januarius appellatus. Posterior, ut iidem dicunt scriptores, ab diis infereis Februarius appellatus, quod tum his parentetur. Ego magis arbitror Februarium a die februato, quod tum februatur populus, id est, lupercis nudeis lustratur antiquum oppidum Palatium, gregibus cinctum.

Quod ad temporum vocabula Latina attinet, hæcenus sit satis dictum. Nunc quod ad eas res attinet, quæ in tempore aliquo fieri animadverterim, dicam: ut hæc sunt; Legisti currens, ludens. De quibus duo prædicere volo, quanta sit multitudo eorum, & quæ sint obscuriora, quam alia. Cum verborum declinantium genera sint quattuor: unum quod tempora adsignificat, neque habet casus, ut ab lego legis: alterum quod casus habet, neque tempora adsignificat, ut ab lego lectio, & lector: tertium quod habet utrumque, & tempora, & casus, ut ab lego legens, lector: quartum quod neutrum habet, ut ab lego lecte, lectissime. Horum verborum si primigenia sunt ad mille, ut Cosconius scribit, ex eorum declinationibus verborum discrimina (4) quingenta millia esse possunt: ideo, quia singuleis verbeis primigeniis circiter quingentæ species declinationibus fiunt. Primigenia dicuntur verba, ut lego, scribo, sto, sedeo; & cetera, quæ non sunt ab aliquo (5) verbo, sed suas habent radices. Contra verba declinata sunt, quæ ab aliquo oriuntur, ut ab lego legis, legit, legam, & sic itidem hinc per multa. Quare si quis primigeniorum verborum origines ostenderit, si ea mille sunt, quingentum millium simplicium verborum causas aperuit una (6). In nulleis (7) tamen, qui ab his reliqua orta ostenderit, satis dixerit de origine verborum: cum unde nata sint principio erant pauca, quæ inde nata sunt, innumerabilia. A quibus iisdem principiis antepositis præverbiis paucis immanis verborum accedit numerus, quod præverbiis additeis, atque commutateis aliud atque aliud fit: ut enim cessit atque recessit, sic accessit & abcessit: item incessit & excessit, sic successit, & decessit, & concessit, & præcessit. Quod si hæc decem solum præverbia essent quoniam ab uno verbo declinatione quingenta discrimina fierent, his decemplexateis conjuncto præverbio ex uno quinque millia numero afficerent, ex mille ad quinquages centum millia discrimina [8] fieri possunt. Democritus, secuti [9], & item alii, qui infinita principia dixerunt, quæ unde sint, non dicunt, sed cujusmodi sint: faciunt tamen magnum quod quæ ex his constant in mundo, ostendunt. Quare si etymologia principia verborum postulet mille, de quibus ratio ab se non postcatur; & reliqua ostendat, quod non postulat; tamen immanem verborum expediet numerum. De multitudine, quoniam, quod satis esset, admonui, de obscuritate pauca dicam. Verborum quæ tempora adsignificant; ideo locus difficilissimus est *τάρινα*, quod neque his fere societas cum Græca lingua, neque vernacula ea, quorum

(5) Ab alio. (6) Unas. (7) Multeis.  
(8) Discriminum. (9) Secutus.

reperitum [1] memoria adfuerit nostra: de quibus, ut dixi, quæ poterimus: incipiam hinc. Primum quod dicitur ago: actio ab agitato facta. Hinc dicimus agit gestum tragædus, & agitantur quadrigæ. Hinc agitur pecus pastum, qua vix agi potest. Hinc angiportum, quia nihil in eo potest agi. Hinc angulus, quod in eo locus angustissimus, cujus loci is angulus. Actionum trium, primum agitatus mentis; quod primum ea, quæ sumus acturi, cogitare debemus; deinde tum dicere; ac postremo facere. De his tribus minime putat vulgus esse actionem cogitationem: tertium, in quo quid facimus, id maximum: sed & cum hoc agitamus (2), quid & in eam rem cogitamus, in mente agimus; & cum pronuntiamus, agimus. Itaque ab eo orator dicitur agere causam: & augures agere augurium dicuntur, cum in eo plura dicant, quam faciant. Cogitare a cogendo dictum: mens plura in unum cogit, unde deligere possit: sic e lacte coactio caseus nominatus: sic ex hominibus concio dicta: sic coactio, sic compitum nominatum. A cogitatione concilium; unde consilium: quod ut vestimentum apud fullonem cum cogitur, consiliari (3) dicitur. Sic reminisci, cum ea, quæ tenuit mens, ac memoria cogitantur, & cogitando repetuntur. Hinc etiam comminisci dictum a con & mente; cum finguntur in mente, quæ non sunt: & ab hoc illud, quod dicitur reminiscor, cum commentum pronuntiat. Ab eadem mente meminisse dictum: & amens, quod a mente sua discedit. Hinc etiam metuo, mentem quodammodo motam amoveo (4): sic quod frigidus timor est, tremuisti, id est, timuisti. Tremo dictum a similitudine vocis, quæ tunc cum valde timetur, apparet: tum etiam in corpore pili, ut arista in spica hordei horrent. Curare a cura dictum. Cura quod cor urat. Curiosus qui hac præter modum uritur. Recordari rursus in cor revocare. Curia ubi senatus rem publicam curat: illa etiam curia dicitur, ubi cura sacrorum publica; ab his curiones. Volo a voluntate dictum, & a volatu, quod animus ita est, ut puncto temporis pervolet, quo volt. Libere a labendo dictum, quod ut lubrica mens prolabitur, ut dicebant olim. A libendo libido, libidinosus; sic alia, ut Libentina (5). Metuere a quodam motu animi, cum id quod malum casurum putat, refugit mens. Cum vehementius in movendo, ut ab se abeat, & foras fertur, formido. Cum pavet, ab eo pavor. Meminisse a memoria; cum id, quod remansit in mente, in id rursus movetur: quæ a manando, ut manoria, potest esse dicta. Itaque Sallii, qui cantant Mamurium. Veturium significant veterem memoriam. Monere ab eadem, quod is, qui monet, proinde sit ac memoria: sic monumenta quæ in sepulcreis. Et ideo secundum viam; quo præter eunteis admoneant, & se fuisse; & illos esse mortales ab eo cetera, quæ scripta, ac facta memoriæ causa, moni-

menta dicta. Marere a marcere (6), quod marere corpus marcescere videatur: hinc etiam Macri dicti. Lætari ab eo quod latius gaudium propter magni boni opinionem diffusum. Itaque Terentius [7] ait: Gaudia sua si omnes homines conferant unum in locum, tamen mea exsuperet lætitia. Sic cum [8] se habent læta. Narro cum alterum facio narrum [9]: a quo narratio, per quam cognoscimus rem gestam, quæ pars agendi est \* \* \* \* . \* De-

Adiicienda & hæc, quæ aut conjuncta cum temporibus, aut ab his: eorum hoc genus videntur etyma. Fatur is, qui primum homo significabilem ore emittit vocem. Ab eo ante, quam ita faciant pueri, dicuntur infantes; cum id faciunt, jam fari: cum hoc vocabulum a similitudine vocis pueri, ac fatuus fari id (10) dictum. Ab hoc tempore quod tum puereis constituant parca fando, dictum fatum, & res fatales. Ad hæc eandem vocem qui facile fantur, facundi dicti: qui futura prædivinando solent fari, fatidici dicti iidem vaticinari, quod vefana mente faciunt. Sed de hoc postea erit usurpandum, cum de poetis (11) dicemus. Hinc fasti dies, quibus certa verba legitima sine piaculo prætoribus licet fari. Ab hoc nefasti, quibus diebus ea fari jus non est, & si fati sunt, piaculum faciunt. Hinc effata dicuntur quod augures finem auspicioꝝ celestium extra urbem agris sunt effati: hinc effari (12) templa dicuntur ab auguribus adfatus qui in his fines sunt. Hinc fana nominata, quod pontifices in sacrando fati sunt finem: hinc profanum est quod ante fanum, id est, conjunctum fano: hinc profanatum, quod in sacrario pollutum (13). Atque inde Herculi decuma data ab eo est, quod sacrificio quodam fanatur, id est, ut fani lege sit, id dicitur. Polluctum (14) quod a porriciendo est factum. Cum enim ex mercibus libamenta porrecta (15) sunt Herculi in ara, tum polluctum est, ut cum profanum dicitur, id est, proinde ut sit fani factum. Itaque ubi olim fano consumebatur omne, quod profanum erat, ut etiam fit: quod prætor urbanus quotannis facit, cum Herculi immolat publice juveneam. Ab eodem verbo fari, fabulæ ut tragædiæ, & comædiæ dictæ. Hinc falsi, & confessi, qui fati id, quod ab his quæ situm. Hinc famosi; hinc fama, & famosi. Ab eodem falli, falsum, & fallacia: quæ propterea quod fando quem decipit, ac contra quam dixit, faciat. Itaque si quis re fallit, in hoc non proprio nomine fallacia, sed translatione, ut a pede nostro pes lecti, ac pes betæ. Hinc etiam famiger, affabile, & sic composita alia item, ut declinata multa, in quo & fatuus, & fatue (16). Loqui ab loco dictum, quod qui primo dicitur fari, & vocabula, & reliqua verba dicit ante, quam suo quisque (17) loco ea dicere potest. Hunc Chrysippus negat loqui, sed ut loqui: quare ut imago hominis non sit homo; sic in corveis, corvicibus, puereis primitus incipientibus fari, verba non esse verba, quod non

(1) *Quorum in promptu*: non nemo opinatur scribendum. (2) *Cogitamus*. (3) *Conciliari*.

(4) *Mentem quod moveo*: ex docti viri opinione. (5) Nonius Marcellus refert Varronem scripsisse lib. III. sive V. de lingua Latina, proluviem, & prolibidinem dici ab eo, quod lubeat, unde etiam lacus Veneris *Lubentine* dicatur.

(6) *Marcere*. (7) *Juventius*. (8) *Enim*.

(9) *Gnarum* [10] Locus mendosus.

(11) *De poematis*. [12] *Adfari*.

(13) *Polluctum*: Quidam scribendum putat.

(14) Id dicitur *pollurum*: quidam. (15) *Projecta*. [16] *Et fatua*: vel *fatuus*, scribendum esse opinamur. (17) *Quidque*.

loquantur. Igitur is loquitur, qui suo loco quodque verbum sciens ponit: & istum prolocutum dicimus, cum animo, quod habuit, extulit loquendo. Hinc etiam amplius dicuntur eloqui, ac reloqui in faneis Sabineis e cælla dei, qui eloquuntur: hinc dictus loquax, qui nimium loquitur: hinc eloquens, qui copiose loquitur; hinc colloquium, cum conveniunt in unum locum loquendi causa. Hinc adlocutum mulieres ire ajunt, cum eunt ad aliquam locutum consulendi (1) causa: hinc quidam loquelam dixerunt verbum, quod in loquendo efferimus. Concinne loqui dictum a concinne (2), ubi inter se conveniunt partes, & inter se respondent (3) aliud alii. Pronuntiare dictum, & nuntiare: pro idem valet, quod ante, ut in hoc proludit. Ideo actores pronuntiare dicuntur, quod proscenio (4) pronuntiant poeta cogitante: quod maxime tum dicitur proprie, novam fabulam cum agunt. Nuntius est enim ab his rebus nominatus, quod a Græco verbo νεός, videri potest declinatum: ab ea quidem Græca voce Neapolis νέε πόλις ab antiquis nostris vocitata: a quo etiam extremum novissimum (5) quoque dici coeptum volgo, quod mea memoria, ut Ælius Gell. sic fenēs aliquot nimium novum verbum quod esset, vitabant. Cujus origo ut a vetere vetustius, ac veterrimum; sic a novo declinatum novius, & novissimum, quod extremum. Sic ab eadem origine novitas novicius, & novalis; & sub novis, dicta pars in foro ædificiorum: quod vocabulum ejus perverstum, ut novæ viæ, quæ via jamdiu vetus. Ab eo quoque potest dictum nominare, quod res novæ in usum quomodo additæ erant, quibus (6) ea novissent, nomina ponebant. Ab eo nuncupare, & nuncupatæ res, quod tum in civitate vota nova suscipiuntur. Nuncupare, nominare valere, apparet in legibus, ubi nuncupatæ pecuniæ sunt scriptæ. Item in choro, in quo est: Ænea? quis est, qui meum nomen nuncupat? Item in Medea: Quis tu es mulier, quæ me infueto nuncupasti nomine? Dico originem habet Græcam, quod Græci δικάζω: hinc Ennius: Dico qui hunc dicere cupit (7): hinc judicare, quod tunc jus dicitur: hinc judex quod jus dicat accepta potestate, id est, quibusdam verbeis dicendo finit. Sic enim ædis sacra a magistratu pontifice præeunte dicendo dedicatur. Hinc ab indicando indicium: hinc illa, indicit illum (8): indixit funus: prodixit (9) diem: addixit judicium. Hinc appellatum dictum in mimo, ac dictiosus: hinc in manipuleis castrensibus dicta ducibus. Hinc dictata in ludo: hinc dictator magister populi, quod is a consule debet dici: hinc antiqua illa, dicis immo, & dicis causa, & addictus. Si dico quid scienti quod det, quod ignoravit trado (10). Hinc doceo declinatum: vel quod cum docemus, dicimus; vel quod qui docentur, inducantur in id, quod docentur: ab eo quod sit ducere, qui est dux, aut ductor, qui ita inducit, ut doceat. Ab docere disciplina, & discere littereis commutateis paucis. Ab eodem principio documenta, quæ exempla docendi causa dicuntur.

(1) *Aliquem locum consolandi.* (2) *A concinno: ex conjectura.* [3] *Cudunt.* (4) *Quod in proscenio.* (5) *Refertur hic locus a Gellio lib. XII. cap. XXI.* (6) *Quom additæ erant, Qui*

Disputatio, & computatio cum præpositione aputaado, quod valet purum facere. Ideo antiqui purum putum appellarunt. Ideo putator, quod arbores puras facit. Ideo ratio putari dicitur, in qua summa fit pura: sic is sermo, in quo pura disponuntur verba, ne sit confusus, atque ut diluceat, dicitur disputare. Quod dicimus differit parteis, item areas, translaticio æque ex agreis verbo utimur. Nam ut olitor differit in areas sui cujusque [11] generis res, sic in oratione qui facit, differit. Sermo opinor est a serie, unde ferta, & in vestimento fartum, quod comprehensum. Sermo enim non potest in uno homine esse solo, sed ubi oratio cum altero conjuncta, sic conferere manum dicimur cum hoste: sic ex jure manu confertum vocare. Hinc adferere manu in libertatem cumprehendimus: sic augures dicunt: Si mihi auctor es verbi: nam manu adferere dicit \* \* \* \*

Hinc etiam ipsi consortes, ad quos eadem fors: hinc fortes, quod in his juncta tempora cum hominibus ac rebus. Ab his sortilegi: ad hoc pecunia, quæ in fenore, fors est, impendium quod inter se jungat. Legere dictum quod legantur ab oculis litteræ. Ideo etiam legati, quod ut publice mittantur, leguntur. Item a legendo leguli, qui oleam, aut uvæ legunt: hinc legumina in frugibus variis: leges etiam, quæ lectæ, & ad populum latæ, quas observet. Hinc legitima; & collegæ, qui una lecti; & qui in eorum locum suppositi, sublecti; additi adlecti; & collecta, quæ ex pluribus locis in unum lecta. Ab legendo ligna quoque, quod ea caduca legabantur in agro, quibus in focum uterentur. Itidem ab legendo legio, & diligens, & delectus. Murmuratur dictum a similitudine sonitus: qui murmurat, ita leviter loquitur, quod magis id sono facere, quam, ut intellegatur, videatur. Hinc etiam poetæ murmurantia littora. Similiter fremere, gemere, clamare, crepare ab vocis similitudine, & sonitus dicta. Hinc illa: arma sonant, fremor oritur; nil me increpitando commoves. Vicinæque horum quiritare, jubilare. Quiritare dicitur is, qui Quiritium fidem clamans implorat. Quirites a Curetibus (12). & ab iis, qui cum Tatio rege in societatem venerunt, & donati civitate. Ut quiritare urbanorum, sic jubilare rusticorum. Itaque hos imitatus Afrisius ait in Bacche: Quis me jubilat? vicinus tuus antiquus. Sic triumphare appellatum, quod cum imperatore milites redeuntes clamitant per urbem in capitolium eunti: Io triumpho io: idque a θειάμβω Græco Liberi patris cognomento potest dictum esse. Spondere est dicere: Spondeo a sponte: nam id valet, & a voluntate. Ideo Lucilius scribit de Cretea: Cum ad se cubitum venerit sua voluntate, sponte ipsam suapte adductam, ut tunicam, & cetera reiiceret. Eandem voluntatem Terentius significat, cum ait: Satius esse sua sponte recte facere, quam alieno metu. Ab eadem sponte, a qua dictum spondere, declinatum spondet, & respondet, desponsor, & sponsa, item sic alia. Spondet enim, qui dicit sua sponte, spondeo; spondet etiam sponsor,

ex conjecturis. [7] *Potest.* [8] *Bellum.*

[9] *Prædixit.* [10] *Locus mendosus.*

[11] *Uniuscujusque.*

[12] *Curetibus.*

\* *De-  
sunt qua-  
dam.*

for, qui idem ut faciat, obligatur: hinc sponsus, consponsus: hoc Nævius significat cum ait: Consponsi: spondebatur pecunia, aut filia nuptiarum causa: appellabatur, & pecunia, & quæ desponsa erat, sponsa: quæ pecunia inter se contra sponsum rogata erat, dicta sponsio: cui desponsa quod erat, sponsus: quo die sponsum erat, sponsalis, qui sponderat filiam, despondisse dicebatur; quod de sponte ejus, id est, voluntate exierat. Non enim si volebat, dabat, quod sponso erat alligatus. Nam in comœdiis vides dici: Sponden tuam gnatham filio uxorem meo? Quod tum & prætorium jus ad legem, & censorium iudicium ad æquum æstimabatur. Sic despondisse animum quoque dicitur, ut despondisse filiam; quod lux spontis statuerat finem: a qua, sponte dicere, cum spondere quoque dixerunt, cum a sponte responderetur, id est, ad voluntatem rogantis. Itaque qui ad id, quod rogatur, non dicit, non respondet: ut non spondet ille statim, qui dixit spondeo, si jocandi causa dixit: neque agi potest cum eo ex sponso. Ita quisquis dicit in tragœdia: Meministi ne te despondere mihi gnatham tuam? quod sine sponte sua dixit, cum eo agi non potest ex sponso. Etiam spes a sponte potest esse declinata, quod tum sperat, cum quod volt, sic fieri putat. Nam quod non volt, si putat; metuit, non sperat. Itaque hic quoque, qui dicit in *Astraba* Plauti: Sequere, adsequere Polyba, disce, meam spem cupio consequi. Sequor Hercule [1] quidem: nam libenter mea sperata consequor: & quod sine sponte dicunt: vere neque ille sperat, qui dicit adolescens, neque illa sperata est. Sponsor, & praes, & vas; neque idem, neque res, a quibus ii, sed dissimiles. Itaque praes, qui a magistratu interrogatus, in publicum ut præstet, a quo & cum respondet, dicitur praes. Vas appellatus, qui pro altero vadimonium promittebat. Consuetudo erat, cum reus parum esset idoneus, inceptis rebus, ut pro se alterum daret; a quo cavere postea lege coeptum est, ab his, qui prædia venderent, vades ne darent: ab eo scribi coeptum in lege mancipiorum: vadem ne polceret, nec dabitur. Canere, & canit, & succinit, & cantus, & cantatio ex camena permutato N: ab eo quod semel canit; si sæpius, cantat; hinc cantitat: item alia, nec sine canendo tibicines dicti. Omnium enim horum quid a canere, etiam buccinatora vocis similitudine & cantu dictus. Oro ab ore, & perorat, & exorat, & oratio, & orator, & osculum dictum. Inde omen, & ornamentum: alterum quod ex ore primum elatum est, omen dictum; alterum cum præpositione dicitur nunc ornamentum, olim osnamenta, ut scenici plerique dicunt. Hinc oscines dicuntur apud augures, quod ore faciunt auspiciam. Tertium gradum agendi dicunt, ubi quid faciunt: in eo propter similitudinem agendi, & faciendi, & gerendi, quidam error his, qui putant esse unum, potest enim aliquid facere, & non agere, ut poeta facit fabulam, & non agit, contra actor agit, & non facit: & sic a poeta fabula fit, & non agitur; ab acto-

re agitur, & non fit. Contra imperator qui dicitur res gerere: in eo neque agit, neque facit, sed gerit, id est, sustinet: translatum ab his, qui honorant, quod sustinent. Proprio nomine dicitur facere a facie; quod rei quam facit, imponit faciem: ut fictor cum dicit fingo, figuram imponit: cum dicit informo, formam: sic cum dicit facio, faciem imponit: a qua facie discernitur, ut dici possit aliud esse vestimentum, aliud vas. Sic item quæ fiunt apud fabros, fictores, item apud alios alia. Qui quid administrat, cujus opus non exstat, quod sub sensum veniat; ab agitato, ut dixi, magis agere, quam facere putatur: sed quod his magis promittue, quam diligenter consuetudo est usa, translaticiis utimur urbes. Nam & quidem facere verba (2) dicimus, & qui aliquid agit, non esse infitientem. Qui adlucet, dicitur lucere ab luere; & luce dissolvuntur tenebræ: ab luce nocticula. Lucere (3) item a luce quod propter lucem cultus institutus. Acquirere est ab ad & quærere: ipsum quærere ab eo quod, quæ res ut recuperaretur, datur opera: a quærando quæstio, ab his conquæstor (4). Video a visu: quæ enim sensuum maximus est in oculis. Nam cum sensus nullus, quod abest mille passus, sentire possit oculorum sensus visusque ad stellas pervenit. Hinc visenda, vigilant, pervigilium, & invident, & *Actiacum* illud: Oblivio lavet (5), quod incidit invidendum: a quo etiam violavit virginem, pro vitiavit dicebant. Æque eadem modestia potius cum muliere fuisse, quam conuisse dicebant. Cerno idem valet. Itaque pro video, ut ait Ennius: Lumen jubarve in cælo cerno? C. Annus: Sensumque inesse & motum in membris (6) cerno. Dictum cerno a creo (7), id est a creando: ab eo quod, cum quid creatum est, tunc denique videtur. Hinc fines capillorum descripti (8), quod finis videtur discrimen: qui id in testamento (9), id est, facito videant te esse heredem. Itaque in cretione adhibere jubent testes. Ab eodem est, quod ait Medea. Ter sub armis malim vitam (10) cernere, quam semel modo parere: quod ut decernant de vita eo tempore multorum, videatur vitæ finis. Spectare dictum ab specio antiquo, quo etiam Ennius usus: Vos epulo postquam spexit. Et quod in auspiciis distributum est: qui habeant speculationem, qui non habeant; & quod in auguriis augures dicunt, avem specere: consuetudo autem communis, quæ cum præverbiis conjuncta sunt, etiam nunc servat: ut aspicio, conspicio, respicio, suspicio, despicio, sic alia: in quo etiam expecto, quod spectare volo. Hinc specula: hinc speculum: quod in eo specimus imaginem. Specula, de qua prospicimus. Speculator, quem mittimus ante, ut respiciat, quæ volumus. Hinc, quo oculos inungimus, quibus specimus, specillum. Ab auribus videntur dicta verba audio, & ausculto: audio ab aveo, quod auribus avemus discere semper: quod Ennius videtur etymon ostendere velle in Alexandro, cum ait: Jam dudum ab ludeis animus, atque aures avent avide expectantes nuntium: propter hanc

(1) *Sequor Hercle.* (2) Locus mendosus tribus his versibus. (3) *Luci.* (4) *Quæstor.*

(5) *Obviolavit.* (6) *Tenebris.*

(7) *κρέω.* (8) *Discreti.* (9) *Et cernito in*

*testamento*, conjectura audaci ex Varrone lib. proximo: & Ulpiano in Institutionibus.

(10) *Multa.*

hanc aurium aviditatem theatra replentur. Ab audiendo etiam auscultare declinamus, quod hi auscultare dicuntur, qui auditeis parent, a quo dictum peotæ, audio, aut ausculto (1). Litteræ commutatione dicitur odor, olor: hinc olet, & odorari, & odoratur, & odorares. Sic ab ore edo, forbeo, bibo, potio. Edo a Græco ἔδω. Hinc esculentum, & esca edulia, & quod Græce γευσθαι, latine gusto. Sorbere, item bibere a vocis sono: ut fervere aquam ab ejus rei simili sonitu: ab eadem lingua πότηω, unde potio, unde poculum: potatio, repotatio (2): itidem puteus, quod sit Græcum antiquum, non ut nunc φρέαρ dictum. A manu manupretium: mancipium, quod manu capitur. Cum jungit plures manus manipulus, unde manipularis miles, unde manica. Manubrium, quod manu teneatur. Mantellum (3) quasi manuterium (4), ubi manus terguntur. Nunc primum ponam (5) de censoriis tabuleis. Ubi noctu in templum censura auspicatur, atque de cælo nuntium erit: præconi sic imperato, ut viros vocet. Quod bonum, fortunatum, felixque, salutareque fiet populo Romano Quiritium, rei que publicæ populi Romani Quiritium, mihi que, collegæque meo, fidei, magistratuique nostro. Omnes Quirites, pedites, armatos, privatosque, curatores omnium tribuum, si quis pro se, sive altero dari rationem volet, voca inlicium huc ad me. Præco in templo primum vocat, postea de mœreis item vocat. Ubi lucet, censor, scribæ, magistratus murrha, unguentis unguuntur. Ubi prætores, tribuni que plebei quique in consilium vocati sunt, venerunt: censores inter se sortiuntur, uter lustrum faciat, ubi templum factum est. Post autem conventionem habet, qui lustrum conditurus est. In commentariis consularibus scriptum sic inveni: Qui exercitum imperaturus erit, accenso dicit hoc. Calpurni voca inlicium omneis Quirites huc ad me: accensus dicit sic: Omnes Quirites inlicium visite huc ad judices. C. Calpurnius dicit: Voca ad conventionem omneis Quiriticis huc ad me. Accensus dicit sic: Omnes Quirites ite ad conventionem huc ad judices. Deinde consul loquitur ad exercitum: Impero qua convenit ad comitia centuriata. Quare hic accenso, illic præconi dicit: hæc est causa: in aliquot rebus idem (6) ut præco, accensus acciebat, a quo accensus quoque dictus. Accensum solitum ciere Bæotia ostendit, quam comœdiam alii (7) esse dicunt hoc versu: Ubi primum accensus clamarit meridiem. Hoc idem Cosconius in actionibus scribit prætorem accensum solitum tum esse jubere, ubi ei videbatur horam esse tertiam, inclamare horam esse tertiam, itemque meridiem, & horam nonam. Circum aras mitti solitum, quom inliceret populum in eum locum, unde vocare posset ad conventionem vocantis, non solum ad consulis & cen-

(1) *Audio haud ausculto: non nemo.*  
 (2) *Repotia: doctus vir.* (3) *Mantellum.*  
 (4) *Manutergium.* (5) Ante hæc verba videntur multa deesse. (6) *Item.* (7) *Allii.* Al. *M. Attii* docti viri scribendum putant: sic proximo libro *M. Attius in Casina. Quid fringutis?* Plautum utrobique hoc nomine significari scimus. Sed quid de Bæotix auctore judicaverit idem Varro in libris de comoediis Plautinis, videndus

foris, sed etiam quæstoris, ut commentarium indicat vetus inquisitionis (8) M. Sergii Mani filii quæstoris, qui capitis accusavit Trogum, in qua sic est. Auspicio orando (9) sede in templo auspicii, dum aut ad prætorem, aut ad consulem mittas auspicium petitum commeatum: prætores (10) vocet ad te, & eum de mœreis vocet: præconi id imperare oportet: cornicinem ad privati januam, & in arcem mittas, ubi canat collegas (11) T. Trogi, & comitia edicat e rostreis: argentarii tabernas occludant, patres censeant, exquiras & adesse jubeas: magistratus censeat ex ara (12) consules, prætores, tribunosque plebei collegasque suos, & in templo jubeas adesse homineis; ac, cum mittas, concionem advoces. In eodem commentario anquisitionis ad extremum scriptum caput edicti [13] hoc est. Item quod attingat, qui de censoribus classicum ad comitia centuriata redemptum habent, uti curent eo die, quo die comitia erunt, in arce classicus canat (14) tum circumque mœros, & ante privati hujusce T. Quintii Trogi scelerosi hominis hosticum canat: & ut in campo cum prima luci adsit: & inter id, cum circum mœros mittitur, & cum concio advocatur, interesse tempus, apparet ex heis, quæ interea fieri inlicium scriptum est. Sed ad comitia tum vocatur populus: ideo quod alia de causa hic magistratus non potest exercitum urbanum convocare, censor, consul, dictator, interrex potest, quod censor exercitu [15] centuriato constituit quinquennalem cum lustraret, & in urbem ad vexillum ducere debet dictator, & consul in singulos annos: quod hic exercitui imperare potest, quo eat, id quod propter centuriata comitia imperare solent. Quare non est dubium cum hoc inlicium sit, cum circum muros itur, ut populus inliciat ad magistratus conspectum, quod consul vocare potest in eum locum, unde vox ad conventionem vocantis exaudiri possit. Quare una origine inlicio & inlicius, quod in choro Proserpinæ est, & pellexit quod in Hermiona est, cum ait Pacuvius: Regni alieni cupiditas pellexit. Sic Elicii Jovis ara in Aventino ab eliciendo. Hoc nunc aliter fit, atque olim, quod augur consuli adest tum, cum exercitus imperatur, ac præit, quid eum oporteat dicere. Consul auguri imperare solet, ut inlicium vocet, non accenso, aut præconi. Id inceptum credo, cum abesset accensus, & nihil intererat, cui imperaret; & dicis causa fiebant quædam, neque item facta, neque item dicta temper. Hoc ipsum inlicium scriptum inveni in M. Junii commentariis, quod tamen ibidem est quod illicite illexit. Quæ cum E [16], & C, cum G, magnam habent communitatem. Sed quoniam in hoc de paucis rebus verba feci multa: de pluribus rebus verba faciam pauca, & potissimum, quæ in Græca lingua putant Latina, ut scalpere σκαλεπειν, pro-

Gellius lib. III. cap. III. (8) *Anquisitionis.*  
 (9) *Exorando quidam.* (10) *Præcorum.*  
 (11) *Locus mendosus.* (12) *Exire.*  
 (13) *Delent quidam verbum edicti.*  
 (14) *Classicum forte, ut hosti cum paulo post.*  
 (15) *Locus mendosus.* (16) *Quia I. cum E, quidam: sed mihi locus hic mendosus adhuc videtur.*

sternere *σπενδειν*, lingere *λίχυσθαι*, ferre *φέρειν*, providere *προιδειν*, errare *έρδειν*, quæ omnia Græca sunt. Item ab *γίγνωμαι* gigno; & ab eo, quod dicunt *σραγγαλίξεν*, strangulare; tingere *θιγγήεν*. Præterea ab eo quod nos malaxare, illi *μαλακίξεν*, potare *ποπέξεν*, domare *δομάν* [1], mulgere ab *ἀμέλγειν*, ut runcinare a runcina, cujus origo Græca *ρίγχος*. Quod ad originem verborum hujus libri pertinet, quoniam satis multas arbitror positas hujus generis, desistam. Et quoniam de hisce rebus tres libros ad te mittere institui; de oratione soluta duos, de poetica unum: & ex soluta oratione ad te misi duos, priorem de loceis, & quæ in loceis sunt; hunc de temporibus, & quæ cum his sunt conjuncta: deinceps in proximo de poeticeis verborum originibus scribere institui.

## LIBER VI.

AD M. TULLIUM CICERONEM.

**T**emporum vocabula, & eorum, quæ conjuncta sunt, aut in agendo fiunt, aut cum tempore aliquo enuntiantur, priore libro dixi. In hoc dicam de poeticeis vocabuleis, & eorum originibus. In quibus multa difficilia: nam verbum, quod conditum est, & quibus littereis oportet scribi, aperiam. Inde si post aliqua dempta sit, obscurior sit voluntas, in posteriores non reprehendenda. Igitur (2) in illis, qui in scrutando verbo litteras adiciunt, aut demunt, facilius quid sub ea voce subit, videre possint. Et enim facilius (3) obscuram operam Myrmecidis ex ebore oculi videant, si extrinsecus admoveant nigras fetas, cum hæc adminicula addas ad eruendam voluntatem impositoris: tamen latent multa. Quod si poetice in carminibus servaret multa prisca, quæ essent; sic etiam cur essent, posuisset: secundus poemata ferrent fructum. Sed ut in soluta oratione, sic in poemateis verba omnia, quæ habent *ἔτυμα* possunt dici nec multa, ab eo quod non erunt (4) in lucubratione litteræ profectæ; licet multum legerent C. Ælii hominis in primo (5) in littereis Latineis exercitati interpretationem carminum saliorum videbis & exili littera expeditam, & præterita obscura multa. Nec mirum, cum non modo Epimenides post annos quinquaginta expeditus (6) a multis non cognoscatur; sed etiam Teucer Livii post annos duodecim (7) ab suis qui sit, ignoratur. At hoc quid ad verborum poeticeorum ætatem? quorum si Pompilii regnum fons in carminibus saliorum, neque ea a superioribus accepta; tamen habent septingentos annos. Quare, cur scriptoris industriam reprehendas; qui herois tritavum, atavumque non potuerit reperire, cum ipse tui tritavi matrem non possis dicere? quod intervalum multo tanto propius (8) nobis, quam hinc ad initium saliorum, quo Romanorum prima verba poetica dicuntur Latina. Igitur de originibus verborum, qui multa dixerit commode, potius boni consulendum, quam qui aliquid nequiverit, reprehendendum, præsertim cum dicat etymologice non o-

mnium verborum posse dici causas: ut quia quare ad medendum medicina (9): neque si non norim radices arboris, non possem dicere pirum esse ex ramo, ramum ex arbore, eam ex radicibus quas non video. Quare qui ostendit equitatum esse ab equitibus equites ab equite, equitem (10) ab equo; neque equus unde sit dicit; tamen hic docet plura, & satisfacit grate. Quem imitari possumus, ut ipse liber erit indicio. Dicam isto libro de verbeis, quæ a poeticeis sunt posita. Primum de loceis; deinde de icis, quæ in loceis sunt; tertio de temporibus; tum quæ cum temporibus sunt conjuncta, atque cum his sunt conjuncta, adjungam: & si quid excidit ex hac quadripartitione, tamen in ea ut comprehendam incipiam hinc. Unus erit quem tu tolles in cæcula cæli templa. Templum tribus modis dicitur, ab natura, ab auspicio, ab similitudine. Natura in cælo; ab auspiciis, in terra; ab similitudine, sub terra. In cælo templum dicitur, ut in Hecuba: O magna templa cælitum commixta stelleis splendideis. In terra, ut in Peribœa: Scrupea faxa Bacchi templa prope adgreditur. Sub terra, ut in Andromacha: Acherusia templa alta Orci salvetæ infera: quam quia initium erat (11) oculi, atuendo primo templum dictum: quo circa cælum quatimur dictum templum. Sic: Contremuit templum magnum Jovis altitonantis: id est, ut ait Nævius in Hemilperio; ubi terra cæculo septum stat. Ejus templi partes quattuor: sinistra ab oriente, dextra ab occasu, antica ad meridiem, postica ad septentrionem. In terreis dictum templum locus augurii: aut auspicii causa quibusdam conceptis verbeis finitus. Concipitur verbeis non iisdem usquequaque. In arce item (12): Testaque meta [13] sunt, quoad ego eas relinquam, nuncupavero. Olla ver arbor quidquid est, quam me sentio dixisse, templum, testumque: ferto in sinistrum. Olla ver arbor, quidquid est, quod me sentio dixisse, templum testumque: ferto in dextrum. Interea concreione, conspicionne, cortumione, utique ea rectissime fensi. In hoc templo faciundo arbores constitui fines apparet, & intra eas regiones, qua oculi conspicient, id est tuimur, a quo templum dictum, & contemplare: ut apud Ennium in Medea: Contempla, & templum Cereris ad lavam aspice. Contemplare & conspicare idem esse apparet: ideo dicere cum templum faciant augures conspicionne, qua oculorum conspectum finiant: quod cum dicunt conspicionnem addunt cortumionem, quæ dicitur a cordis visu. Cor enim cortumionis origo. Quod addit templa ut sint dextra; ajunt sancta esse, qui glossas scripserunt: id est falsum. Nam curia Hostilia templum est, & sanctum non est: sed hoc ut putarent ædem sacram esse templum & sanctum esse; quod in urbe Roma pleræque ædes sacræ sunt templa, eadem sancta, & quod loca quædam agrestia, quod alicujus dei sunt, dicuntur tesca. Nam apud Aetium in Philoctete: Lemnia quis tu es mortalis, qui in deserta &

(1) *δεσμεῖν*. (2) Locus mendosus, ita fortasse emendandus: voluntas impositoris. Non reprehendendi igitur illi. (3) Ut facilius. (4) Locus mendosus. (5) In primeis. (6) Experrectus.

(7) Decem. (8) Tanto, delendum est.

(9) A medendo medicina, quidam: sed non est locus integer. (10) Equito, equite.

(11) Quæqua intuerant.

[12] Ita.

[13] Locus mendosus.

tescate apportes loca? Loca enim, quæ sunt, designat cum dicit Lemnia. Præstolare (1), & celsa [2] Cabylum delubra tenes, misteriaque pristina casteis concepta sacreis. Deinde Volcania templa subipseis collibus, in quos delatus locus dicitur, alto ab limine cæli; & Nævius: Expirante vapore vides unde ignes cluet mortalibus diveis [3]. Quare heic qui tesca dixit, non erravit, neque ideo quod sancta, sed quod ibi misteria fiunt, ac tuentur, tesca dicta, post tesca. Tueri duo significat, unum ab aspectu, ut dixi, unde est illud: Tueor te senex Iproh Juppiter? Et: Quis pater aut cognatus volet nos contra tueri? Alterum a curando ac tutela, ut cum dicimus, bellum tueor, & tueri (4) villam: a quo etiam quidam dicunt illum, qui curat ædeis sacras, ædituum: non ædituum. Sed tamen hoc ipsum ab eadem profectum est origine, quod quem volumus domum curare, dicimus: Tu domi videbis: ut Plautus cum ait: Intus para, cura, vide quod opus fiat (5). Sic dicta vestispica quæ vestem spiceret, id est, videret vestem, ac tueretur. Quare a tuendo & templa, & tesca dicta cum discrimine eo, quod dixi. Etiam inde idem: Illud enim extemplo acceptum me negato & filium. Extemplo est continuo, quod omne templum debet esse circum septum, nec plus, quam unum introitum habere. Quod est apud Actium: Pervade polum, splendida mundi sidera bigeis continueis fecerit spoliis. Polus Græcum: id significat circuitum cæli. Quare quod est pervade polum, vade per polum. Signa dicuntur eadem & sidera. Signa quod aliquid significant, ut libra æquinoctium: sidera, quæ insidunt: atqua ita significant aliquid in terreis perurendo, aliudve. Quare & signum cadens in Hectore [6]. Quod est terrarum amfracta revisam, amfractū est ab origine flexum duplici, dictum ab ambitu, & frangendo: ab eo leges jubent in directo pedam octo esse, in amfracto sexdecim: id est, in flexu. Ennius: Ut tibi Titanis Trivia dederit stirpem liberum. Titanis Trivia Diana est, ab eo dicta Trivia, quod in trivio ponitur fere in oppideis Græceis, vel quod luna dicitur esse, quæ in cælo tribus viis movetur, in altitudinem, & latitudinem, & longitudinem. Titanis dicta, quod eam genuit Titani filia Latona, ut scribit Manilius (7) creta Titano, ut idem scribit: Latona parit casto complexu Jovis Deli deos geminos, id est, Apollinem & Dianam. Idem de eodem: O sancte Apollo, qui umbilicum certum terrarum optines. Umbilicum dictum ajunt ab ombilico nostro; quod is medius locus sit terrarum, ut umbilicus in nobis: quod utrumque est falsum. Neque hic locus est terrarum medius; neque noster umbilicus est hominis medius. Itaque pingitur qui vocatur ἰθὺν a Pythagora; ut media cæli ac terræ linea ducatur infra umbilicum, per id, quo disceratur homo mas, an femina sit, ubi ortus humanus similis ut in mundo. Ubi (8) enim omnia nascuntur in medio, quod terra mundi

media. Præterea si quod medium, id est umbilicus, ut pila terræ: non Delphis medium: & terræ medium non hoc, sed quod vocant Delphis in æde foramen, adlatum est quiddam, ut thesauri speciem, quod Græci ὀμφαλὸν umbilicum dixerunt. Pacuvius: Calydonia altrix terra exuberantium virum. Ut ager Tusculanus, sic Calydonius, ager est, non terra, sed lege poetica, quod terra Ætolia, in qua Calydon, a parte totam accipi Ætoliā voluit. Actius: Mistica ad dextram per vada vecti. Mistica a misteriis, quæ ibi in propinqueis locis nobilia sunt. Ennius: Areopagitæ quid dedere aliud quam pedam [9]? Areopagitæ ab Areopago, is locus Athenis. Musæ quæ pedibus magnum pulsatis olympum. Cælum dicunt Græci olympum, montem eum in Macedonia omnes, a quo potius puto dictas musas olympiadas. Ita enim ab terrestribus locis cognominatæ Libethrides, Pipleides, Pimpliades, Thespiades, Heliconiades. Quasi Hellepontum, & claustra. Quod Xerxes quondam eum locum clausit. Nam, ut ait Ennius: Ilque Helleponto pontem contendit in alto: nisi ab eo quod Asiam & Europam ibi concludit (10) mare, & inter angustias facit Propontidis fauces. Pacuvius: Liqui in Ægeo freto. Dicitur fretum a similitudine ferventis aquæ, quod in fretum sæpe concurrat æstus, atque effervescat. Ægeum dictum ab insuleis, quod in eo maris scopuli vocantur a similitudine caprarum, ἄγρες. Pacuvius. (Æges) ferme aderant æquore in alto ratibus repentibus. Æquor mare appellatum, quod æquatam commotum vento non est. Ratis navis longa dicitur, ut Ennius (11) cum ait: Conferre aut ratem æratam qui perit, & (12) qui dum mare sudentes eunt, atque sedentes. Ratis dicta navis longa propter ramos, quod hi cum per aquam sublatis sunt dextra & sinistra, duas partes efficere videntur: ratis enim unde hoc translatum, illic ubi plures mali aut \*\*\* Agrestis ab agro. Insulas dictas apparet in hostiis, quod velamenta e lana quæ adduntur, insula; intra hostiarum cornua velamenta erant: itaque cum ad sepulcrum ferunt frondes atque flores, addunt nunc lanas, sed velatas frondentis comas [13]. Cornuatam umbram jaci: dicere apparet cornuatam a cornibus. Cornua a curuore dicta, quod pleraque curvamus (14). At quas memorat nosse vos esse Calmenas. Calmenarum priscum vocabulum, ita natum, atque scriptum est alibi Carmenæ: ab eadem origine sunt declinatæ, ut in multis verbis, in quo antiqui dicebant S, postea dicunt R, ut in carmine saliorum sunt hæc: Cosauli, dolosi, eso (15). Omina vero adpatula coemisse [16]. Jam Cusiarii, muses, ruse, dumque Janus venit: post melios melior, fœdesum fœderum, plura plurima, asena arena, janitos janitor. Quare calmena carmena: inde carmina: R postea ex trito camena factum ab eadem voce canite, pro quo in saliarum carmine scriptum est cante hoc versu: Divum exta cante, divum deo

\* Deest pagina.

(1) Præsto littoravava. (2) Excelsa.  
(3) Divus. Al. Expirante vapore videmus. Unde ignis lucet mortalibus clam divisus: ex Cic. lib. II. Tuscul. Gabriel Faernus, qui pleraque alia, emendabat. (4) Velle tueri. (5) Quid opus fiet. Al. Quid opus fiet: vel quid opus fuerit.

(6) Cadens in pectore. (7) Manlius.  
(8) Ibi. [9] Peram. (10) Conclidit.  
(11) Dixit Nævius. (12) Periret.  
(13) Locus mendosus. (14) Curvantur forte.  
(15) Locus mendosus.  
(16) Convenisse.

sup-



supplice cante. In carmine Priami apud Aetium, quod est: Veteres casmeas cascas res volo profari [1]. Et primum cascum significat vetus; ejus origo Sabina, quæ usque radices in oscam linguam egit. Cascum vetus esse significat Ennius, cum ait: Quam primum casci populi genere Latini, eo magis Manilius [2] quod ait: Cascum duxisse cascam non mirabile est, quoniam canoras conficiebant nuptias: item ostendit Papinii [3] epigrammation, quod in adolescentem fecerat Cascam: Ridiculum est (4), cum te Cascam tua dicit amica Casca Philotonis ipsa senex puerum. Dic tu illam pusam, sic fiet mutua muli. Nam vere pusus tu, tua amica senex est. Item ostendit quod oppidum vocatur Cassinum (5). Hoc enim a Sabineis orti Samnites tenuerunt, & nunc nostri; unde & Cassinum (6) forum vetus. Item significant in Atellanis aliquot, pupum senem, quod osci casnar appellant. Apud Lucilium: Quid tibi ego ambages Ambivi scribere coner? Profectum a verbo ambe [7], quod est in ambitu & ambitioso. Apud Valerium Soranum: Verus adagio est, o P. Scipio. Quod verbum usque eo evanuit, ut Græcum *παρρησία* pro eo positum magis sit apertum: nam idem, quod vocant Græci *παρρησίαν*: ut Auribus lupum teneo: Canis caninam non est. Adagio & littera commutata ab agio, dicta ab eo, quod ambit orationem; neque in aliqua una re consistit sola. Ambagio dicta, ut ambustum, quod circum usum est, ut ambigua bos apud augures, quam circum aliæ hostiæ constituuntur. Cum tria sint conjuncta in origine verborum, quæ sint animadvertenda, a quo sit impositum, & in quo, & quid, sæpe non minus de tertio, quam de primo dubitatur, ut in hoc: utrum primum una canis, an canes sit appellata: dicta enim apud veteres, una canes. Itaque Ennius scribit: Tantidem quasi feta canes sine dentibus latrat. Lucilius: Nequam & magnus homo, laniorum in manis canes ut: impositio unius debuit esse canis, plurium canes. Sed neque Ennius consuetudinem illam sequens, est reprehendendus: neque is, qui nunc dicit: Canis caninam non est. Canes quod latratu signa dant, ut signa canant, canes appellatæ: & quod ea voce indicant, quæ noctu latent, latratu, appellatus. Sic dictum a quibusdam ut una canes, una trabs remeis rostrata per altum. Ennius: Utinam ne in nemore Pelio securibus cæsa accidisset abiegna ad terram trabs. Cujus verbi singularis casus recte correptus, ac facta trabs. In Medo Ennius: Calicem Camilla expectata advenis, salve hospita. Camilla; qui glossemata interpretati, dixerunt administram; addi oportet in his quæ occultiora. Igitur dicitur in nuptiis casmillus, qui cum merum fert, in quo quid sit in ministerio plerique extrinsecus nesciunt; hinc casmillus nominatur in Samothracis mysteriis Deus quidam administer diis magneis. Verbum Græcum

Tom. VII.

(1) Profari volo quidam. (2) Manlius.

(3) Pomponii. (4) Priscian. lib. III. refert ex Pomponio postrema verba hujus epigrammatis: tua amica senex est: cetera mendose scripta rededit in hunc ordinem Octavius Pantagathus, qui per multa alia restituit. Veteres libri sic habent: Ridiculum est, cum te Cascam tua casca dicit. Amica

arbitror, quod apud Callimachum in poemateis ejus inveni. Apud Ennium, Subulo finitimas propter astabat aquas: Subulo dictus, quod ita dicunt tibicines Tusci: quo circa radices ejus in Etruria, non Latio quaerendum est. Versus, quos olim Fauni, vatesque canebant. Fauni dei Latinorum, ita ut faunus, & fauna sint in versibus, quos vocant Saturnios; in silvestribus locis traditum est solitos fari, a quo fando faunos dictos. Antiquos poetas vates appellabant a versibus viendeis, ut in poemateis cum scribam, ostendam. Corpore Tartarino prognata paluda virago. Tartarino a Tartaro dictum. Plato in quarto de fluminibus, apud inferos quæ sint, in his unum Tartarum appellat: quare Tartari origo Græca. Paluda a paludamenteis. Sunt hæc insignia & ornamenta militaria. Ideo ad bellum cum exit imperator, ac lictores mutant vestem, & signa incinuerunt; paludatus dicitur proficisci: quæ, propterea quod conspiciuntur, qui ea habent, ac sunt palam; paludamenta dicta. Plautus: Epeum fumificum cocum: ab Epeo illo, qui dicitur ad Trojam fecisse equum Trojanum Argiveis, & apte cibum curasse: ideo ait Epeum fumificum, qui legioni nostræ habet coctum cibum. Apud Ennium: Atque prius pariet locusta lucam bovem. Luca bos elephas: cur ita sit dicta, duobus modis inveni scriptum. Nam & in C. Ælii commentario erat a Libyceis Lucas, & in Verginii (8) commentario ab Lucaneis Lucas, ab eo quod nostri cum maximam quadrupedem, quam ipsi haberent, vocarent bovem: & in Lucaneis Pyri bello primum vidissent apud hosteis: elephantos, id est (9) quadrupedes cornutas (10); nam quos dentes multi dicunt, sunt cornua; lucam bovem appellasse. Si a Libya dictæ essent lucæ; pantheræ & leones non Africanæ bestię dicerentur, sed lucæ. Si ab Lucaneis dictæ; ursi cur potius Lucani, quam Luci dicti? Quare ego arbitror potius lucas ab luce, quod longe relucebant propter inauratos regios clypeos, quibus eorum tum ornatae erant turres. Ennius: Orator sine pace redit, regique refert rem. Orator ab oratione dictus: qui enim verba haberet orationum publice adversus eum, quo legebatur; ab oratione orator dictus: cum res majore ratione legebantur (11) potissimum, qui causam commodissime orare poterant. Itaque Ennius ait: Oratores doctiloqui. Apud Ennium: Olli respondet suavis sonus Egeriæ. Olli valet dictum illi ab olla, & ollus: quod alterum comitiis cum recitatur, a præcone dicitur olla centuria; non illa: alterum apparet in funeribus indictiveis, quom dicitur, ollus leto datus est, quod Græcus dicit *λίσθη*, id est, oblivioni. Apud Ennium: Mensas (12) constituit, idemque ancilia. Ancilia dicta ab ancitu, quod ea arma ab utraque parte, ut peltæ Thracum incisa. Saturnio in carmine (13). Libaque, fittores, Argeos, & tutularos. Liba, quod libandi causa

LII

Philotonis ejus, qui senex puerum dicit pusum puellam pusam. Sic fiet mutuam mulinam, ut sis vere pusus tu, tua amica senex. (5) Cassinum.

(6) Cassinum. (7) Ambio. (8) Vergilii.

(9) Idem. (10) Cornuatas.

(11) Cum res major erat, eo legebantur: Conjectura verisimili. (12) Menses. (13) Item alibi

fiunt: fictores dicti a fingendis libeis: Argei ab Argis. Argei fiunt e scirpeis virgultis, simulacra sunt hominum triginta (1): ea quotannis a ponte sublimio a sacerdotibus publice jaci solent in Tiberim. Tutulati dicti hi, qui in sacris in capitibus habere solent, ut metam; id tutulus appellatur, ab eo quod matres familias crines convolutos ad verticem capitis, quos habent uti velatos, dicunt tutulos: sive ab eo, quod tuendi causa capilli fiebant: sive ab eo, quod altissimum in urbe quod est, ea res tutissima, tutulus vocatur. Eundem Pompilium Numam ait fecisse flamines, qui cum omnes sint a singulis deis cognominati; in quibusdam apparent etyma: ut cur sit Martialis, Quirinalis. Sunt in quibus flaminum cognominibus latent origines; ut qui sunt in versibus plerique, Voltornalis, Palatualis, Furinalis, Floralis, Falacer, Pomonalis: obscura est eorum origo. Voltornus, Palatua, Furina, Flora, Falacer, Pomona pomorum patrona. Apud Ennium: Jam cata signa feræ sonitum dare voce parabant. Cata acuta, hoc enim verbo Sabini dicunt: quare Catus Ælius Sextus; non ut ajunt sapiens, sed acutus, & quod est, tunc cœpit memorari. Simul cata dicta, accipienda acuta dicta. Apud Lucilium: Thyngo capto (2) corvum excludunt foras, occiduntque lupos aperdite, & jura filuri. Sume rete, atque amiam. Piscium nomina sunt, eorumque in Græcia origo. Apud Ennium: Quæque caruleo freto orta nare cœpta. \*\*\* Cava cortina dicta, quod est inter terram & cælum ad similitudinem cortinæ Apollinis: ea a corde, quod inde sortes primum æstimatæ. Apud Ennium: Quin inde invictis sumperunt perduellibus. Perduelles sunt hostes: ut perficit, sic perduellum duellum, id postea bellum. Ab eadem causa facta Duellona, Bellona. Apud Plautum: Neque jugula, neque vesperugo, neque vergilia occidunt. Jugula signum est, quod Actius appellat Oriona, cum ait: Citius Orion patefit: hujus signi caput dicitur e stellis quattuor (3), quas infra duæ claræ, quas appellant humeros, inter quas quod videtur jugulum: unde jugula dicta. Vesperugo stella, quæ vespere oritur, a quo etiam Opilius scribit vesperum: itaque dicitur alter vesper adest, quem dicunt Græci διέσπερον. Nævius patrem suum optimum appellat supremum. Supremum a superrimo dictum. Itaque in duodecim tabulis solis occasu diei suprema tempestas esto. Libri augurum pro tempore tempestatem dicunt, id est supremum augurii tempus. In Cornicula. Qui regi latrocinatus decem annos (4) Demetrio. Latrones dicti ab latere, qui circum latera erant regi, atque ad latera habebant ferrum, quos postea a stipatione stipatores appellantur, & qui conducebantur mercede. Ea enim merces dicitur Græce λάρρον, και σάρρον: ab eo veteres poetæ nonnumquã milites appellant latrones, quod item (5) uti milites cum ferro, aut quod latent ad insidias faciendas. Apud Nævium: Risi egomet cassabundum ire ebrium. Cassabundum a cadendo.

(1) *Viginti quattuor.* (2) *Locus mendosus.*  
 (3) *Tribus.* (4) *Duodecim annos: utrumque ex libris.* (5) *Quod itent, non nemo.*  
 (6) *Æmathia.* (7) *Hæret: quidam: alii est: Nequam est lana.* (8) *Nam id est, ex conjectu-*

Item: Diabatra in pedibus habebat, & erat amictus epicroco. Utrumque vocabulum Græcum. In Menahemeis Plauti: Inter ancillas sedere jubeas, lanam carere. Idem est hoc verbum in Cosmotria (6) Nævii. Carere a carendo, quod eam tum purgant, ac deducunt, ut careat spurcitia: ex quo carminari dicitur tum lana: cum caret eo, quod in ea est nequam [7]. Est lana, quam in Romulo Nævius appellat oscam ab osceis. In Persa: Jam pol ille hic aderit credo congerro meus. Congerro a gerra, & Græcum est, & in Latina cratis. In Menahemeis: Idem istuc alieis adscriptiveis fieri ad legionem solet. Adscriptivi dicti, quod olim adscribebantur inermes, qui succederent armatis militibus; id est, si quis eorum deperisset. In Trinummo: Nam illum ibi ferentarium: a ferendo, id est, inanem, ac sine fructu: aut quod ferentarii equites hi dicti, qui ea modo habebant arma, quæ ferrentur, ut jaculum. Hujuscemodi equites pistos vidi in Esculapii ædevetere, & ferentarios adscriptos. In Frivolaria: Ubi rorarii estis? en sunt: ubi sunt accensi? ecce. Rorarii dicti a rore: qui bellum committebant ante: ideo quod ante rorat, quam pluit. Accensos ministratores Cato esse scribit: potest id ab arbitrio, nam inde (8) ad arbitrium ejus, cujus minister. Pacuvius deum triportenta in Mercatore ponit (9). Idem in Mercatore: Non tibi istuc magis dividia est (10), quam mihi hodie fuit: hæc eadem in Corollaria Nævii. Dividia a dividendo dicta, quod divisio: distractio est doloris. Itaque in Curculione ait: Sed quid tibi est? lienes necant (11), renes dolent, pulmones distrauntur. In Phagone: Honos syncerasto perit. Syncerastum est omne edulium antiquo vocabulo Græco. In Parasito pigro: Domum ire cœpi tramite dextra via. Trames a transverso dictus. In Fugitiveis: Age, euge, specta, vide vibices quantas. Jam inspexi, quid essent. Vibices alii excitatum verberibus corpus. In Cistellaria (12): Non quasi, ut hæc sunt heic, limaces lividæ. Limax a limo, quod ibi vivit. Diobolares, scæniculæ, miraculæ. Diobolares a bineis oboleis: scæniculæ ab scæno nugario unguento. Miraculæ a mireis, id est, monstreis, a quo Actius ait: Personas distortas oribus deformeis, miriones. Ibidem: Scrantia, scrupedæ, stritabilla, Tantalæ. Ab screando scrantia sic adsignificat: Scrupedam Aurelius scribit aufcaripedam. Juventius comicus dicebat a vermiculo piloso, qui solet esse in fronde cum multis pedibus. Valerius a pede ac scrupedæ, ex eo ab Actio positum: Incuriosa itaque es Menalippe? Reiiicis abs te religionem? scrupedam imponas. Stritabilla a stritilando. Stritare ab eo, qui sistit ægre. In Astraba: Actiosa annonam e vili concinna vireis. Ideo in Sitelitergo idem ait: Mulieres uxorcullavit, ego novi scio actiosas: quas sic Claudius scribit actiosas demonstrari suspicatrices, ab agendo actiosas: ut ab una faciendo factiose; sic ab una agendo actiosa dicta. In Cestione: Ceraftibola, ut de lumbo obcænbis. Ceraftibola Opilius scribit

ra. [9] Locus mendosus, & quæ sequuntur Plauti sunt, non Pacuvii. (10) *Dividia est, scribendum.* (11) *Tibisti? lien necat, Plaut. in Curcul.*

[12] *Nervolaria.*

bit circum coxendices sunt nobis : id Græcum est ab hujus loci versura. In Nervolaria : Scobinam ego illam a scutum adrafi. Scobinam a scobe. Lima enim materia fabrilis est. In Pœnulo : Vinceretis cervum cursu, vel grillatorem gradu. Grillator a gradu magno dictus. In Truculento : Sine virtute argutum civem mihi habeam pro præfica : præfica, ut Aurelius scribit, mulier ab luctu, quæ conduceretur, quæ ante domum mortui laudes ejus caneret : hoc factitatum Aristoteles scribit in libro qui inscribitur, Nomina Barbarica : quibus testimonium est, quod Fretum est Nævii. Hæc quidem hercle opinor præfica est, nam mortuos conlaudat. Claudius scribit dicta (1), quæ præficeretur ancilleis, quemadmodum lamentarentur, præfica est dicta, utrumque ostendit a præfatione (2) præficam dictam. Apud Ennium : Decem coclites, quos montibus summeis ripeis sedere. Ab oculo cocles quasi ocles dictus, qui unum haberet oculum : quo circa in Curculione est : De coclitum profapia esse arbitrator. Nam hi sunt u-noculi.

Nunc de temporibus dicam. Quod est apud Cassium : Nocte intempesta nostram devenit domum. Intempesta nox dicta ab tempestate. Tempestas ab tempore : intempesta nox, quo tempore nil agitur. Quid noctis videtur? in altissimo cæli clypeo temo superat stellas sublime cogens etiam atque etiam noctis iter. Hic multam noctem offendere vult a temonis motu. Sed temo, unde, & cur dicatur latet. Arbitror antiquos rusticos primum notasse quædam in cælo signa, quæ præter alia erant insignia, atque ad aliquem usum culturæ tempus designandum convenire advertebantur. E queis signa sunt, quod has septem stellas Græci, ut Homerus vocat *ἀυξων*, & propinquum ejus signum *βοώτων* : nostri eas septem stellas boves, & triones, & prope eas, axem. Triones enim, & boves appellantur a bubulceis etiam nunc, maxime cum arant terram : e queis ut dicti valentes glebarii, qui facile profcindunt glebas ; sic omnes, qui terram arabant, a terra teriones ; unde triones ut dicerentur a detruto (3). Temo dictus a tenendo : is enim continet jugum, & plaustrum, appellatum a parte totum, ut multa. Possunt triones dici septem, quod ita sitæ stellæ, ut terrea trigona faciant. Aliquod lumen, jubarve in cælo cerno? Jubar dicitur stella lucifer, quæ in summo habet diffusum lumen, ut leo in capite jubam. Hujus ortus significat circiter esse extremam noctem. Itaque ait Pacuvius : Exorto jubare, noctis decurso itinere. Apud Plautum in Parasito Pigro : Inde hic bene potus primo crepusculo. Crepusculum dictum a Sabineis, & id dubium tempus noctis, an diei sit. Itaque in Condalio est : Tam crepusculo fere, ut ament lampadas accendere. Ideo dubiæ res creperæ dictæ. In Trinummo : Concubium sit noctis prius, quam ad postremum perveneris. Concubium a concubitu dormiendi causa dictum. In Asinaria : Videbitur (4), factum volo, at (5) redito conticinio. Conticinium puto a conticescendo dictum, sive ut Opilius scribit, ab eo quod conticuerunt homines.

(1) Ea. [2] Præfatione. [3] E detruto.

(4) Vide 63. 10. (5) I. [6] Morticinium.

(7) Scoreeo. (8) Omnia. (9) Flexanima

Nunc de heis rebus, quæ ad significant aliquod tempus, cum dicuntur, aut fiunt dicam. Apud Aetium : Reciproca tendens nervo equino concita tela. Reciproca est, cum unde quid profectum, redit eo ; quod ab recipere reciprocare factum ; aut quod polcere procare dictum. Apud Plautum : Ut transversus, non proversus cedit, quasi cancer solet. Dicitur ab eo, qui in id quod est versus : & ideo qui exit in vestibulum, quod est ante domum ; prodire, & procedere dicitur : quod cum leno non faceret, sed secundum parietem transversus iret ; dixit : ut transversus cedit quasi cancer ; non proversus, ut homo. Apud Ennium : Andromachæ nomen qui indidit, recte indidit. Item : Quapropter Parim pastores nunc Alexandrum vocant. Imitari dum voluit Eœpideum, & ponere etymon, est lapsus. Nam Euripides quod Græca posuit, etyma sunt aperta. Ille ait ideo nomen additum Andromachæ, quod *ἀνδρομαχηται* : hoc Ennii quis potest intellegere in verso significare ; Andromachæ nomen qui indidit recte indidit? aut Alexandrum ab eo appellatum in Græcia, qui Paris fuisset? a quo Herculem quoque cognominatum *Ἀλεξιπικρον* ab eo, quod defensor esset hominum. Apud Aetium : Jamque auroram rutilare procul cerno. Aurora dicitur ante solis ortum, ab eo quod ab igne solis tum aureo aer aurefcit. Quod addit rutilare, est ab eodem colore. Aurei enim rutili, & inde etiam mulieres valde rufæ rutilæ dictæ. Apud Terentium : Scortatur, potat, olet unguentum ; de meo. Scortari est sæpius sæpius meretriculam ducere ; quæ dicta a pelle. Id enim non solum antiqui dicebant scortum : sed etiam nunc dicimus scortea ea, quæ ex corio, & pellibus sunt facta. Inde in aliquot sacris ac sacellis scriptum habemus : ne quid scorteam adhibeatur, ideo, ne morticinium (6) quid adsit. In Atellanis licet animadvertere rusticos dicere se adduxisse proscorto (7) pelliculam. Apud Aetium : Multeis nomen vestrum, numenque ciedo. Numen dicunt esse imperium, dictum ab nutu, omnia (8) sunt ejus, cujus imperium maximum esse videatur. Itaque in Jove hoc, & Homerus, & aliquoties Livius. Apud Plautum : Si unum epityrum edam apud illum esuriens insane bene. Epityrum vocabulum est cibi, quo frequentius Sicilia quam Italia vasa. Idem vehementer cum vellet dicere, dicit insane : quod insani faciunt omnia vehementer. Apud Pacuvium. Flexaminat aquam lymphatam (9) : dicitur a lymphâ nympha, ut apud Græcos Thetis. Apud Ennium : Ea Thetis illi mater. In Græcia commota mente, quos *λυμφολήπτους* appellant ; ab eo lymphatos dixerunt nostri. Bacchus Liber, cujus comites Bacchæ, & vinum in Hispania Baccha : origo in heis omnibus Græca. Apud Pacuvium Halcyonis ritu littus pervolgans furor (10). Hæc enim avis nunc Græce dicitur *ἄλκυων*, a nostris halcedo : hæc hieme quod pullos dicitur tranquillo mari facere, eos dies halcyonios appellant. Quod est in versu Halcyonis ritu : id est ejus instituto : ut cum haruspex præcipit, ut suo quisque ritu sacrificium faciat, & nos dicimus duodecim (11) viros Græco ritu sacra non Romano facere.

LII 2

Quod tamquam lymphata : ex Cicerone lib. I. de divinat. (10) Pervolans feror.

(11) Quindecim.

Quod enim fit rite, id ratum ac rectum : ab eo A. Sius recte (1) perfectis sacris vult accipi. Apud Ennium : Si voles advortere animum, comiter monstrabitur. Comiter, hilare, ac lubenter; cuius origo Græce κῶμος : inde Latina (2) comissatio dicta, & a Græcis, ut quidam dicunt, comœdia. Apud Atilium : Cape, cæde Lyde, come, conde. Cape, unde accipe, sed hoc in proximo libro retractandum. Apud Pacuvium : Nulla res neque cicurare, neque mederi poris est, neque reficere. Cicurare mansuefacere, quod enim a fero discretum, id dicitur cicur : & ideo dictum cicur ingenium optineo, mansuetum : a quo Veturii quoque nobiles cognominati Cicurini. Id natum a cico cicum dicebant membranam tenuem, quæ est in malo Punico discrimen : a quo etiam Plautus dicit : Quod volet densum cicum non interduo. Apud Nævium : Eccum (3) venire video ferme injuria. Ferme dicitur, quod nunc fere, utrumque dictum a ferendo, quod id quod fertur, est in motu, atque adventat. Apud Plautum : Evax jurgio uxorem (4) tandem abegi ab janua. Evax verbum nihil significat, sed effutium (5) naturaliter est : ut apud Ennium : Hehe ipse clypeus cecidit. Apud Nævium Eheu mea puella spe (6) quidem is succenset tibi. Apud Pompilius, Heu qua me causa fortuna infesta premis? Quod ait, jurgio, id est litibus. Itaque quibus res erat in controversia, ea vocabatur lis : ideo in actionibus videmus dici : Quam rem sive litem dicere oportet. Ex quo licet videre jurgare ab jure dictum : cum quis jure litigaret, a quo objurgat is, qui id facit injuste. Apud Lucretium : Atque aliquos ibi ab rebus clepere foro. Qui clepere dixit, unde etiam alii clepere : id est, corripere; quorum origo a clam, ut sit dictum clare, & ex E, A commutato, ut multa, est factum clepere : potest & a Græco dictum, κλέπτειν. Apud Matium (7) : Corpora Grajorum mærebar mandier igni : dictum mandier a mandendo, unde manducari : a quo in Atellanis obsonium vocant manducum. Apud Matium (8) : Obscæni interpres, funestique omnis auctor. Obscænum dictum ab scæna : ea ut Græci, ut Aëtius scribit, scena. In pluribus verbis A ante E alii ponunt, alii non, ut quod partim dicunt scæptrum, partim dicunt sceptrum; alii scænus, alii fenus; sic scænficia, & fenificia : a quo rustici pappum mælum, non mesum. A quo Lucilius scribit : Cæcilius ne rusticus fiat. Quare turpe, id obscænum; quod nisi in scæna palam dici non debet : potest vel ab eo, quod puereis turpicula res in collo quædam suspenditur, ne quid obsit bonæ scævæ causa : inde Scævola appellatus : ea dicta ab scæva, id est sinistra : quod quæ sinistra sunt, bona auspicia existimantur : a quo dicuntur comitia aliudve quid sit, dici ave sinistra, quæ nunc est : id a Græco est, quod hi sinistram vocant σκωλον : quare quod dixi scævum bonum omen est, obscænum vero turpe, quod inde dicitur obscæne, quod exoteri-

cum. Apud Plautum : Quia ego ante hac (9) te amavi; & mihi amicum esse crevi : valet, constitui. Itaque heres, cum constituit se heredem esse, dicitur cernere, & cum id fecit, crevisse. Apud eundem : Quo de sinu (10) frequentem operam dedistis : valet assiduam. Itaque qui adest assiduus : ferre quem (11) quæ oportet, is frequens : opponi solet itaque. Illud quod eadem mulierculæ dicunt : Pol istoc quidem nos pretio tanti (12) est frequentare : ita in prandio nos lepide, ac nitide accepisti : apparet dicere facile est (13), curare ut adsumus, cum tam bene nos accipias. Apud Ennium : Decretum est fossare corpora teleis : hoc verbum Ennii dictum a fodiendo, a quo fossa. Apud Ennium : Vocibus concide fac fiet obrutus. \* \* \* \* Mustare dictum, quod multi non amplius quam μῦ dicunt : a quo idem dicitur : Quod minimum est, neque ut ajunt μῦ facere audeat. Apud Pacuvium : Dii monerint (14) meliora, atque amentiam averruncassint. A vertendo averruncare; ut deus, qui eis rebus præest, Averruncus. Itaque ab eo precari solent, ut pericula avertat. In Aulularia : Pipulo te differam ante ædeis : id est concivio, declinatum a pipatu pullorum. Multa ab animalium vocibus translata in homines : partim quæ sunt aperta, partim obscura : perspicua ut Ennii : Animus cum pectore latrat. Plauti : Gannit odiosus omni totæ familiæ. Cæcilius : Tantam rem dibalare, ut pro nihilo habuerit. Lucilius : Hæc inquam rudet ex rostreis atque hinnitabat. Eiusdem : Quantum hinnitum, atque equitatum. Cum minus aperiant (15) : Porcii ab lupo, volutare ululantis. Ennii a vitulo : Tibicina maximo labore mugit. Eiusdem a bove : Clamore bovantes. Eiusdem a leone : Pausam fecere fremendi. Eiusdem ab hædo : Clamor ad cælum (16) volvendus per æthera vagit. Et a frendice (17) : Frunde frutimi (18) suaviter. M. Aëtius in Casina a fringuilla : Quid fringutis? quid istuc tam cupide cupis? sues avolverat (19). Ita trude neque in re (20), neque in iudicium Æsopi, nec theatrales. In Colace : Nexum. Manilius scribit omne quod per libram & æs geritur, in quo sint mancipi : Mucius Scævola, quæ per æs & libram fiant, ut obligentur, præterquam quæ mancipio dentur. Hoc verius esse ipsum verbum ostendit, de quo quæritur. Nam idem quod obligatur per libram, neque suum sit; inde nexum dictum. Liber qui suas operas in servitute pro pecunia, quam debeat (21), dum solveret; nexus vocatur, ut ab ære obræatus. Hoc C. Popilio rogante Sylla (22) dictatore sublaturum ne fieret; & omnes, qui bonam copiam jurarent, ne essent nexi, dissoluti. In Casina : Sine amet, sine quod lubet, id faciat : quando tibi nil domi deliquium est (23). Deliquium dictum ab eo, quod deliquatur, ut turbida, quæ sunt, deliquantur, ut liquida fiant. Aurelius scribit deliquium esse a liquido. Claudius abeliquato. Si quis alterutrum sequi malit, habebit auctorem Cæcilius : Per lætitiā liquitur animus

[1] Rite. (2) Latine. [3] Circum.  
[4] Evax jurgio Hercle tandem uxorem : Plaut. in Menæhe. (5) Effutium. (6) Puella sæpe : Vir doctus opinatur. (7) Marcium vatem.  
(8) Marcium vatem. [9] Quum ego ante hac. Plaut. in Cistell. (10) Quod est : Mihi.  
(11) Fere qui, doctus vir scribendum putat.

(12) Facile. (13) Apparatum dicit facilem.  
(14) Munera dent. (15) Aperta.  
(16) Ad cælum clamor. [17] Locus mendosus.  
(18) Erutimi. (19) Locus etiam mendosus.  
(20) In jure. [21] Debeat, dat.  
(22) C. Poetelio Visolo. (23) Deliquomst : Plautus in Casina.

\* De-  
sunt quæ-  
dam.

a

a liquando liquitur fictum. Multa apud poetas reliqua esse verba, quorum origines possunt dici, non dubito ut apud Nævium in Esona. Enimvero gladii lingula a lingua. In Clastidio: Vitulantes a vitula. In Dulo resse: Caperata fronte: a capræ fronte. In Demetrio: Persibus a perite (1). Itaque sub hoc glossema callide subscribunt. In Lampadione: Protinam a protinus continuitatem significans (2). In Agidone: Candacus suavis tamethi, a magistris accepimus mansuetum. In Romulo: sponsus contra sponsum rogatus. In Stigmatia: Præbia a præbendo ut sit tutum, quod sint remedia in collo puereis. In Therimo: Conficitant a conficito convenire dictum. In Tarentilla Pacuvii: Ab luce inlustre. In Tunicularia: Exbolas quassant, eiiciunt, a Græco verbo ἐκβολή dictum. In Bello Punico: Nec satis resarrire (3), ab ferra (4) dictum, id est aperire. Hinc etiam seræ, quibus remoteis fores panduntur. Sed vereor, ne plures sint futuri, qui de hoc genere me, quod nimium multa scripserim, reprehendant; quam quod reliquerim quædam, accusent: ideo potius jam reprimendum, quam producendum (5) puto esse volumen. Nemo reprehensus, qui e segete ad spicilegium reliquit stipulam. Quare instituteis sex libreis, quemadmodum rebus Latina nomina essent imposita ad usum nostrum e queis tres scripsi P. Septimio, qui mihi fuit quæstor; treis tibi, quarum hic est tertius; priores de disciplina originis verborum; posteriores de verborum originibus: in illeis, qui ante sunt, in primo volumine est, quæ dicantur, cur etymologice neque sit, neque ea utilis sit: in secundo, quæ sit, & cur ea sit, & in illeis sit: in tertio, quæ forma etymologiæ. In secundeis tribus, quos ad te misi, item generatim discreteis; primum, in quo sunt origines verborum locorum, & earum rerum, quæ in locis esse solent, secundum quibus vocabuleis tempora sint notata, & hæ res, quæ in temporibus fiunt. Tertius hic, in quo a poetis item sumpra utilia, quæ dixi in duobus libreis soluta oratione. Quo circa, quoniam omnis operis de lingua Latina treis feci partes; prima quemadmodum vocabula imposita essent rebus; secunda quemadmodum ea in casus declinantur; tertia quemadmodum conjungerentur; prima parte perpetrata, ut secundam ordiri possimus, huic libro faciam finem.

## LIBER VII.

Uom oratio natura tripartita esset, ut superioribus libreis ostendi, ejus (6) prima pars, quemadmodum vocabula rebus essent imposita: secunda quo pacto de heis declinata in discrimina ierunt; tertia, ut ea inter se ratione conjuncta sententiam efferant; prima parte exposita, de secunda incipiam hinc. Ut propago omnis natura secunda; quod prius illud rectum, unde ea sit declinata. Itaque declinatur in verbeis rectum homo, obliquum hominis, quod declinatum a recto. De hujusce multiplici natura discriminum oræ sunt hæ: cur, & in quo, & quemadmodum in loquendo declinata

sunt verba. De quibus duo prima duabus causis percurram breviter: quod & tum, cum de copia verborum scribam, erit retractandum; & quod de tribus tertium quod est, habet suas permultas, ac magnas parteis. Declinatio inducta in sermones non solum Latinos, sed omnium hominum utili, & necessaria de causa. Nisi enim ita esset factum, neque dicere tantum numerum verborum possemus: infinitæ enim sunt naturæ, in quas ea declinantur: neque quæ didicissemus ex heis, quæ inter se rerum cognatio (7) esset, apparet. At nunc ideo videmus: quod simile est, quod propagatum; legi, ut declinatum est a lego: duo simul apparent quodammodo; eadem dici, & non eodem tempore factum. Ut si verbi gratia alterum horum diceretur Priamus, alterum Hecuba; nullam unitatem assignificaret, quæ apparet in lego, & legi, & in Priamus Priami. Ut in hominibus quædam sunt cognationes (8), & gentilitates; sic in verbeis. Ut enim ab Aimilio homines orti Atmili, ac gentiles; sic ab Aimilii nomine declinata voces in gentilitate nominali. Ab eo enim, quod est impositum recto casu Aimilius, orta Aimilii, Aimilium, Aimilios, Aimiliorum, & sic reliqua, ejusdem quæ sunt stirpis. Duo igitur omnino verborum principia impositiorum & declinatorum: alterum ut fons, alterum ut rivus. Impositicia nomina esse voluerunt quam paucissima, quo citius ediscere possent: declinata quam plurima, quæ istoc opere facilius omnes, quibus opus essent, discerent. Ad illud genus, quod prius, historia opus est: nisi descendendo enim aliter id non pervenit ad nos: ad reliquum genus, quod posterius, ars: ad quam opus est paucis præceptis, quæ sunt brevia. Quæ enim recte in uno vocabulo declinare didiceris; in infinito numero nominum uti possis. Itaque noveis nominibus adlateis in consuetudinem, sine dubitatione eorum declinatus statim omnis dicit populus: etiam novicii servi empti in magna familia, cito omnium conservorum omnis (9) recto casu accepto in reliquos obliquos declinant: qui si nonnumquam offendant, non est mirum: etenim illi, qui primi nomina imposuerunt rebus, forsitan in quibusdam sunt lapsi. Voluisse enim putant singulareis res notare, ut ex iis in multitudine declinarentur; ut est ab homine homines, sic mares liberos voluisse notari, ut ex heis femina declinarentur, ut est a Terentio Terentia: sic in recto casu: quas imponerent voces, ut illinc essent futura, quæ declinarentur: sed hæc in omnibus tenere nequisse: quod & una dicuntur scopæ: & mas, & femina aquila: & recto, & obliquo vocabulo vis. Cur hæc non tam sint in culpa, quam putant plerique, solvere non difficile, sed nunc non necesse; non enim quod non potuerunt adsequi, sed quod voluerunt, ad hoc quod propositum, refert. Quod nihilominus declinari potest ab eo, quod imposuerunt scopæ, scopa; quam si imposuissent scopa, ab eo scopæ; sic alia.

Caus-

[1] *Persicus* fortasse scribendum ex Sex. Pompejo, qui *peracutum* interpretatur: & hæc Nævii verba refert. *Et qui fuerit persicus, carpenti adest ratio.* (2) Nonius Marcellus refert Varronem scripsisse, *protinam vel protinus continuatione vel præteritæ, vel futura longitudinis dici.*

(3) *Reserare.* (4) *Reserare ab sera*, magis placet. (5) *Procludendum.*

[6] *Cujus.*

(7) *Agnatio.*

(8) *Agnationes.*

(9) *Nomina.*

Caussam quare ab impositis nominibus declinarint, ostendi (1). Sequitur, in quibus voluerint declinare, aut noluerint: generatim, ac summam; item in formis. Duo enim genera verborum; unum secundum, quod declinando multas ex se parit disparileis formas, ut est lego, legis, legam, sic alia: alterum genus sterile, quod ex se parit nihil, ut est etiam: vix, magis, cras, cur. Quarum rerum usus erat simplex; ibi etiam vocabuli declinatus: ut in qua domo unus servus, uni servolo post nomen; in qua multi, pluribus. Igitur & (2) in his rebus, quorum sunt nomina, quod discrimina vocis plura, propagines plures. In his rebus, quæ copulæ sunt, ac his 3 junguntur verba, quod non opus fuit declinari in plura, fere singula sunt. Uno enim loro colligare possis vel hominem, vel equum, vel aliud quod, quidquid est, quod cum altero potest colligari. Sic quod dicimus in loquendo. Consul fuit Tullius, & Antonius; eodem illo & omnes binos consules colligare possumus: vel dicam amplius, omnia nomina: atque ideo etiam omnia verba; (cum sunt (4) tunc ex una syllaba, illud & maneat (5) unum.) Quare duce natura; si quæ imposita essent vocabula rebus \*\*\*\*: Ne ab omnibus his declinatus (6) putarent; quorum generum declinationes oriuntur, partes orationis sunt duæ, si item ut Dion, in tres dividerimus partes res, quæ verbis adsignificantur; una, quæ adsignificat casus: altera, quæ tempora: tertia, quæ neutrum. De his Aristoteles duas partes orationis esse dicit, vocabula, & verba; ut homo & equus, & legit & currit. Utriusque generis & vocabuli, & verbi, quædam priora, quædam posteriora; priora, ut homo scribit: posteriora ut doctus & docte: dicitur enim homo doctus, & scribit docte. Hæc sequitur & locus, & tempus; quod neque homo, neque scribit, potest sine loco, & tempore esse: ita ut magis sit locus homini conjunctus, tempus scriptioni, cum de his nomen sit primum. Prius enim nomen est, quam verbum temporale, & reliqua posterius, quam nomen & verbum. Prima igitur nomina. Quare de eorum declinatione, quam de verborum ante dicam. Nomina declinantur, aut in earum rerum discrimina, quarum nomina sunt, ut a Terentio Terentii: aut in eas res extrinsecus, quarum ea nomina non sunt, ut ab equo equito (7). In sua discrimina declinantur, aut propter ipsius rei naturam, de quo dicuntur: aut propter illius, qui dicit. Propter ipsius rei discrimina, aut a toto, aut a parte. A toto, ut ab homine homunculus, a capite capitulum: propter multitudinem, ut ab homine homines: ab eo, quod alii dicunt cervices, & id Hortensius in poemateis cervix. Quæ a parte declinata, aut a corpore, ut a mamma mammosa, a manu manubiæ: alia ab animo, ut a prudentia prudens, ab ingenio ingeniosus, hæc sine agitationibus: aut ubi motus majores: item ab animo, ut ab strenuitate, & nobilitate, strenui & nobiles. Sic a pugando, & currendo, pugiles, & curlores. Ut aliæ

declinationes ab animo, aliæ a corpore: sic aliæ quæ extra hominem, ut pecuniosi, agrarii: quod foris pecunia & ager propter eorum, quam (8) dicuntur (9). Sunt declinati casus, ut is, qui de altero diceret, distinguere posset, cum vocaret, cum daret, cum accusaret; sic alia quidem discrimina, quæ nos, & Græcos ad declinandum duxerunt. Sine controversia sunt hi quinque quis vocetur, ut Hercules, quemadmodum vocetur, ut Hercules: quo vocetur, ut ad Herculem: cui vocetur, ut Herculi: cujus vocetur, ut Herculis. Propterea verba, quæ erant proinde ac cognominata, ut prudens, candidus, strenuus, quod in his præterea sunt discrimina propter incrementum, quod majus, vel minus in his esse potest; adcessit declinationum genus, ut a candido candidius candidissimum; sic a longo, divite, id genus aliis, ut fieret. Quæ in eas res, quæ extrinsecus declinantur, sunt ab equo equile, ab ovibus ovile, sic alia, hæc contraria illis, quæ supra dicta, ut a pecunia pecuniosus, ab urbe urbanus, ab atro atratus, ut nonnumquam ab homine locus, ab eo loco homo; ut a Romulo Roma, a Roma Romanus. Aliquot modis declinata ea, quæ foris; nam aliter qui a majoribus suis Latonius, & Priamides: aliter quæ a factis, ut a prædando præda, a merendo merces. Sic alia sunt, quæ circumire non difficile: sed genus jam videtur, & alia urgent, omitto. In verborum genere, quæ tempora adsignificant, quod ea erant tria, præteritum, præsens, futurum: declinatio facienda fuit triplex, ut saluto, salutabam, salutabo. Cum item personarum natura triplex esset, qui loqueretur, de quo, ad quem, hæc ab eodem verbo declinata, quæ in copia verborum explicabuntur. Quoniam dictum de duabus declinationibus cur, & in qua sit forma, tertium quod relinquitur, quemadmodum, nunc dicitur. Declinationum genera sunt duo, voluntarium, & naturale: voluntarium est, quo, ut cujusque tulit voluntas, declinavit. Sic tres cum emerunt Ephesi singulos servos; nonnumquam alius declinat nomen ab eo, qui vendit Artemidorus, atque Artemam appellat; alius aut ab regione, quod ibi emit ab Jonia Jonam; aut ab urbe Epheso Ephesium: sic alius ab aliqua alia re, ut visum est. Contra naturalem declinationem dico, quod (10) non a singulorum oritur voluntate, sed a communi consensu. Itaque omnes impositis nominibus, eorum item declinant casus; atque eodem modo dicunt hujus Artemidori (11) & hujus Jonæ (12), & hujus Ephesii, sic in aliis casibus. Cui utrumque nonnumquam accidat, & ut in voluntaria declinatione animadvertatur natura & in naturali voluntas: quæ cujusmodi sint, aperietur infra. Quod utraque declinatione alia sunt similia, alia dissimilia, de eo Græci, Latineque libros fecerunt multos; partim cum alii putarent in loquendo ea verba sequi oportere, quæ a similibus similiter essent declinata, quas appellaverunt *ωνολογίας*; alii cum id negligendum puta-

[1] *Causa inquam curcas ab impositis nominibus declinarint quam ostendi*: sic libri fere omnes.

(2) *Ea*. (3) *Atque his scribendum*, vel ac delendum est, ut Faerno nostro placet.

(4) *Locus mendosus*. (5) *Remaneat*, non ne-

rent, mo. [6] *Declinandas*. (7) *Ab equo equile, quidam*. [8] *Qui*. (9) *Locus mendosus, eorum, propter quæ dicuntur*: quidam scribendum esse opinatur. (10) *Quæ*. (11) *Artemæ*.

(12) *Jonis*.

\* *Multa defunt.*

rent, ac potius sequendum *συνήθειαν*, dissimilitudinemque, quæ in consuetudine est, quam etiam vocant *ἀνομιλίαν*: cum ut ego arbitror, utrumque sit nobis sequendum: quod in declinatione voluntaria sit *ἀνομιλία*; in naturali magis analogia. De quibus utriusque generis declinationibus libros faciam his ternos: prioris tres de earum declinationum disciplina: posteriores ex ejus disciplinæ propaginibus. De prioribus primus erit hic: quæ contra similitudinem declinationum dicantur. Secundus, quæ contra dissimilitudinem. Tertius de similitudinum forma. De quibus quæ experiero (1), singulis tribus; tum de alteris totidem scribere, ac dividere incipimus.

Incipiam, quod hujusce libri est dicere, contra eos, qui similitudinem sequuntur; quæ est, ut in ætate puer ad senem, puella ad anum; in verbis, ut est scribo scribam, dico dicam: prius contra universam analogiam; tum de singulis partibus a natura sermonis incipiam. Omnis oratio cum debeat dirigi ad utilitatem; ad quam tum denique pervenit, si est aperta, & brevis; quæ petimus; quod (2) obscurus, & longus orator est odio; & cum efficiat aperta, ut intellegatur; brevis, ut cito intellegatur; & apertam consuetudo brevem temperantia loquentis: & utrumque fieri possit sine analogia: nihil ea opus est. Neque enim utrum Herculi, an Herculis clavam dici oporteat, si doceat analogia, cum utrumque sit in consuetudine, non neglegendum; quod æque sunt, & brevia, & aperta. Præterea quod is (3) utilitatis causa quæque res sit inventa; si ex ea quis id sit consecutus, amplius eam scrutari, non debet, cum sit nimium otiosi, & cum utilitatis causa verba ideo sint imposta rebus, ut ea significant; si id consequimur una consuetudine, nihil prodest analogia. Accedit, quod quæcumque usus causa ad vitam sint adsumpta, in his utilitatem querere (4), non similitudinem: itaque in vestitu, cum dissimilima sit virilis toga tunicæ muliebri, stola pallio; tamen inæqualitatem hanc sequimur nihilo minus. In ædificiis, quod (5) non videmus habere atrium *περίστυλον* similitudinem (6), & cubiculum adæquale; cum tamen propter utilitatem in his dissimilitudines potius, quam similitudines sequamur: itaque & hiberna triclinia, & æstiva, non item valvata, & fenestrata facimus. Quare cum in vestitu, ædificiis, sic in supellectile, cibo, ceteris omnibus, quæ usu ad vitam sunt adsumpta, dominetur inæqualitas; in sermone quoque, qui est usus causa constitutus, ea non repudianda. Quod si quis duplicem putat esse summam, ad quas metas naturæ sit perveniendum in usu, utilitatis & elegantia: quod non solum vestiti esse volumus, ut vitemus frigus, sed etiam ut videamur vestiti esse honeste: non domum habere, ut simus in tecto, & tuto solum, quod (7) necessitas contruserit; sed etiam ubi voluptas retineri possit: non solum vasa ad victum habilia; sed & figura bella, atque ab artifice; quod aliud homini, aliud humanitati satis est: quodvis sipienti poculum homini idoneum; humanitati nisi bellum parum: sed cum discessum est ab utilitate ad

voluptatem, tamen in eo ex dissimilitudine plus voluptatis, quam ex similitudine sæpe capitur: quo nomine & gemina conclavia dissimiliter pollent, & lectos non omnes pareis magnitudine, ac figura faciunt. Quod si esset analogia petenda in supellectile; omnes lectos haberemus domi ad unam formam, & aut cum fulcro, aut sine eo, nec tum ad tricliniarum gradum, non item ad cubicularem: neque potius delectaremur supellectile, distincta quæ esset ex ebore, aliisque rebus, disparibusque figureis, quam grabateis analogeis; cum ad similem formam plerumque eadem materia sunt. Quare aut negandum nobis disparia esse jucunda; aut quoniam esse necesse est confiteri, dicendum verborum dissimilitudinem, quæ sit in consuetudine, non esse vitandam. Quod si analogia nobis sequenda est; aut ea nobis observanda est, quæ est in consuetudine; aut quæ non est, si ea, quæ est, sequenda est; præceptis nihil opus est; quod cum consuetudinem sequemur, ea nos sequetur. Si, quæ non est in consuetudine, sequemur; ut quisque duo verba in quatuor formis finxerunt similiter, quamvis hæc nollemus, tamen erunt sequenda: ut Juppiter, Marspiter; quas si quis servet analogias, pro insano sit reprehendendus: non ergo est ea sequenda. Quod si oportet, ut a similibus similiter omnia declinentur verba; sequitur, ut ab his similibus similia debeant fingi, quod non fit: nam & a similibus alia sunt similia, alia dissimilia: & a dissimilibus partim similia, partim dissimilia. A similibus similia, ut a bono, ac malo, bonum, malum. A similibus dissimilia, ut a lupus lepus, lupo lepori. Contra a dissimilibus dissimilia, ut Priamus Paris, Priamo Pari. A dissimilibus similia, ut Juppiter Jovis, & Jovis Jovis. Eo etiam magis *ἀναλογικῶς* dissimilia finguntur, sed etiam ab eisdem vocabulis dissimilia: neque a dissimilibus similia, sed etiam eadem. Ab eisdem vocabulis dissimilia fingi apparet, quod cum duæ sint Albæ; ab una dicuntur Albani, ab altera Albanenses: cum tria fuerint Athenæ, ab una dicti Athenienses, ab altera Athenienses, a tertia Athenæopolitæ. Si ex diversis (8) verbis multa facta, in declinando inveniuntur eadem; ut cum dico a luam (9); & abluo abluam: omnia fere nostra liberalia & muliebria multitudinis, cum recto casu fiant dissimilia, cum dandei casu similia: ut mares Terentii, fœminæ Terentiæ; eadem in dandei, vires Terentiis, & mulieribus Terentiis: dissimilia Plautus, & Plautius: & communia, hujus Plauti, & hujus Plauti. Denique si est analogia; quod in multis verbis est similitudo verborum: sequitur, quod in pluribus est dissimilitudo; ut non sit in sermone sequenda analogia. Postremo; si est in oratione, aut in omnibus ejus partibus est; aut in aliqua: & in omnibus non est; in aliqua esse parum est: ut album esse Æthiopem, non satis est quod habet candidos dentes: non est ergo analogia. Cum a similibus verbis, quæ declinantur: similia fore pollicentur, qui analogias esse dicunt, & cum simile tum denique dicentes se ostendere ex verbo verbum, quod ex eodem sit genere, eadem figura transitum

de

Etus vir putat scribi oportere. (7) Solum, quo: non nemo. (8) Sic ex diu.

(9) Abluo luam.

(1) Expedierint. (2) Quippe quod, forte scribendum. (3) Quom. (4) Querimus.

(5) Quid. (6) Atrium *περίστυλον* simile; do-

de casu in casum similiter ostendi possit. Qui hæc dicunt, utrumque ignorant, & in quo loco similitudo debeat esse, & quemadmodum spectari soleat, simile sit, nec ne, quæ cum ignorant; sequitur, ut cum analogiam dicere non possint, sequi debeamus. Quæro enim verbum utrum dicant vocem, quæ ex syllabeis est ficta, eam, quam audimus; an quod eam significat, quam intellegimus; an utrumque? si vox voci esse debet similis; nihil refert, quod significat, mas an fœmina sit; & utrum nomen, an vocabulum sit; quod illi interesse dicunt. Si illud quod significatur, debet esse simile; Diona & Theona, quos dicunt esse ipsi pœne geminos, inveniuntur esse dissimiles; si alter erit puer, alter fenex; aut unus albus (1), alter Æthiops, item aliqua re alia dissimiles. Si ex utraque parte debeat verbum esse simile; non cito invenietur, quin in alterutra re claudicet: nec Perperna, & Alphena erit simile: quod alterum nomen virum, alterum mulierem significat. Quare quoniam ubi similitudo esse debeat, nequeunt ostendere; impudentes, sunt qui dicunt esse analogias. Alterum illud, quod dixi, quemadmodum simile expectari (2) oporteret, ignorare apparet ex eorum præcepto, quod dicunt, cum transferit e nominandei casibus in eos, quos appellant vocandei, tum denique posse dici rectos esse simileis aut dissimileis: esset enim, ut si quis Menahemos geminos cum videat, dicat se non posse judicare dissimileisne sint, nisi qui ex his sint nati, considerarit: nunc discrepant (3) inter se: nihil in quam quo magis, minusve sit simile, quod conferas cum altero, ad judicandum extrinsecus oportet sumi. Quare cum ignorent, quemadmodum similitudo debeat sumi, de analogia dicere non possunt. Hæc apertius dixissem, nisi brevius eo nunc mallet; quæ infra sunt, planius usurpanda. Quare quod ad universam verborum naturam attinet, hæc attigisse modo satis est. Quod ad parteis singulas orationis, deinceps dicam: quarum vis (4), quoniam sunt divisiones plures, nunc ponam potissimum, in quæ dividitur. Oratio iervanda (5), ut natura in quattuor parteis: unam, quæ habet casus; alteram, quæ habet tempora; & tertiam, quæ habet neutrum; & quartam, in qua est utrumque: has vocant quidam appellandei, dicendei, adminiculandei, jungendei: appellandei dicitur, ut homo, & Nestor: dicendei, ut scribo, & lego: jungendei, ut atque: adminiculandei, ut docte, & commode. Appellandei partes sunt quattuor: e quibus dicta a quibusdam provocabula, quæ sunt, ut quisque (6): vocabula, ut scutum, gladius: nomina, ut Romulus, Remus: pronomina, ut hic hæc: duo media dicuntur nomina; prima & extrema, articuli. Primum genus est infinitum: secundum, ut infinitum; tertium, ut effinitum (7): quartum finitum. Hæc sigillatim triplicia esse debent; quoad sexum, multitudinem, casum: sexum utrum virile, an muliebre, an neutrum sit, ut doctus, docta, doctum: multitudinem, unum, an plura significet, ut hic, hi, hæ: casum, utrum recto sit, ut Marcus; an abliquo, ut Marco; an communi, ut Jovis. His dictis (8) partibus, singulas prospice,

(1) Gallus. (2) Spectari. (3) Num discrepent. (4) Quojus. (5) Secunda. (6) Quis, quæ. (7) Finitum. (8) Discretis. (9) Quo-

quo facilius nusquam esse analogias, quas sequi debeamus, videas: nempe esse oportebat vocis formas ternas, ut in hoc humanus humana humanum: sed habent quædam binas, ut cervus, cerva: quædam singulas, ut aper, & sic multa: non ergo est in hujuscemodi generibus analogia. Et in multitudine, ut unum significat pater, plures patres: sic omnia debuerunt esse bina. Sed & singularia solum sunt multa, ut cicer, sifer; nemo enim dicit cicera, sifera: & multitudis, ut salinæ; non enim ab his singulari specie dicitur salina, & balnea: neque ab eo, quod dicunt balneum, habet multitudinem consuetudo: nam quod est, ut prædium, balneum; debuerunt esse plura, ut prædia, balnea; quod non est: non est ergo in his quoque analogia. Alia casus habent, & rectos, & obliquos; alia rectos solum; alia modo obliquos: habent utrosque, ut Juno Junonis; rectos modo, ut Juppiter, Marspiter; obliquos solum, ut Jovis Jovem: non ergo in his est analogia. Nunc videamus in illa quadripartita. Primum si esset analogia, ut in his tribus articulis, ut est quis, quem, cujus (9); sic diceretur, quæ, quam (10), cujus (11): & ut est quis, cui (12), sic diceretur qua, quæ (13): nam est proportione simile: ut dea bonæ, quæ sit; dea bona, quæ est: & ut est quem, quis; sic quos, ques: quare quod nunc dicitur qui homines, dici oportuit ques. Præterea, ut est ab is, ei, sic ab ea, eæ diceretur, quod nunc dicitur ei: & pronuntiaretur, ut in iis vireis, sic eeis (14) mulieribus: & ut est in rectis is, ea; debuit esse ibus, eeis: sed id est in obliqueis iis: nunc non modo in virili, sicut in muliebre dicitur ejus; sed etiam in neutreis articulis, ut ejus viri, ejus mulieris, ejus pabuli; cum discriminentur in recteis casibus is, ea, id. De hoc genere parcius tetigi; quod librariorum hæc spinosiora indulgentius laturos putavi. De nominativeis, quæ accidunt proxime ad finitam (15) naturam articulorum, atque appellantur vocabula, ut homo, & equus; eorum, declinationum genera sunt quattuor: unum nominandei, ut ab equo equile: alterum casuale, ut ab equo equum: tertium augendei; ut ab albo albius: quartum minuendei, ut a cista cistula. Primum genus, ut dixi id est, cum aliqua parte orationis declinata sunt recto casu vocabula, ut a balneis balneator: hoc fere triplices habet radices: quod & a vocabulo oritur, ut a venatore venabulum; & a nomine, ut a Tibure Tiburs; & a verbo, ut a currendo cursor: in nullo horum analogiam servare (16) videbis. Primum cum dicatur, ut ab ove & a sue, ovile & suile, sic a bove dicitur bubile, non bovine: & cum simile sit avis, & ovis; neque dicitur, ut ab ave aviarius, ab ove ovile; ab ave avile non est, neque ab ove ovarium: & cum debuerit esse, ut a cubatione cubiculum, sic a sessione sediculum non est. Quoniam taberna, ubi venit vinum, a vino vinaria, a creta cretaria, ab unguento unguentaria dicitur; ἀναλογικῶς si essent vocabula, ubi caro venit, carnaria; ubi pelles, pellaria; ubi calcei, calcearia dicerentur: non laniena, pelle-suina, sutrina. Et sic, ut est ab uno uni, a tribus trini, a quattuor quatrini, sic a duobus duini, non bi-

ni (10) Qua, quam. (11) Quajus.

(12) Quoi. (13) Quai. (14) Eais.

(15) Ad infinitam. (16) Servari.



ni dicerentur: nec non ut quadrigæ, trigæ, sic potius duigæ, quam bigæ. Permulta sunt hujusce generis; quæ, quoniam admonitis perspicere potest, omitto. Vocabula, quæ a nominibus oriuntur, si a similibus nominibus similia esse debent, dicemus: quoniam gemina sunt Parma, Alba, Roma; Parmenses (1): aut quoniam similis est Roma, Nola, Parma; dicemus, ut Romani, Nolani, sic Parmani: & a Pergamo, ab Ilio similiter, ut Pergamenus, sic Ilienus: aut ut Ilius mas & Iliæ fœmina, sic Pergamus & Pergama: & quoniam similia nomina sunt Asia, Libya; dicemus ut Asiaticos, sic Libyaticos homines. Quæ vocabula ducuntur a verbis; sunt, ut a scribendo scriptor, a legendo lector: hæc quoque, non servare similitudinem licet videre ex his: cum similiter dicatur, ut ab amando amator, a salutando saluator, a cantando cantator: & cum dicatur lassus sum metendo, ferendo: ex his vocabula non reddunt proportionem: quod non sit, ut messor, fertor. Multa sunt item in hac specie, in quibus potius consuetudinem sequimur, quam rationem verborum. Præterea, cum sint ab eadem origine verborum vocabula dissimilia superiorum; quod simul habeant casus, & tempora, quæ vocantur participia; & multa sint contraria, ut amor amo, feror fero: ab amo & ejusmodi omnibus verbis oriuntur præsens, & futurum, ut amans, & amaturus: & ab eis verbis tertium, quod debet fingi præteriti, in lingua Latina reperiri non potest: non ergo est analogia. Sic amabor, legor (2), & ejusmodi verbi, est vocabulum (3) ejus generis præteriti temporis, fit (4), ut amatus (5) eram, sum, ero: neque præsentis, & futuri ab his fit: non est ergo analogia: præsertim cum tantus numerus vocabulorum in eo genere interierit; quod dicimus in his verbis, & in iis verbis, quæ contraria non habent, loquor, venor: tamen dicimus loquens, venans, locuturus, venaturus, quod secundum analogias non est: quoniam dicimus loquor, & venor: unde illa, quæ erant superiora, minus servantur. Quod (6) cum his, quæ contraria verba habent, alia efficiunt terna, ut ea, quæ dixi, alia bina, ut ea quæ dicam, currens ambulans, cursurus ambulaturus: tertia enim præteriti non sunt: ut cursus sum, ambulatus sum. Neque in his quidem, quæ sæpius quid fieri ostendunt, servant analogiam: ut est a cantando cantans, ab amando amans non est, & sic multa. Ut in his singularibus, sic in multitudinis; sicut enim cantantes, seditantes non dicuntur. Quoniam est vocabulorum genus, quod appellant compositum, & negant conferri id oportere cum simplicibus, de quibus adhuc dixi; de compositis separatim dicam. Cum a tibiis, & canendo tibiens dicitur: quærent, si analogias sequi oporteat, cur non a cithara, & psalterio, & pandura dicamus citharicen, & sic alia? Si ab æde & tuendo ædituus est; cur ab atrio & tuendo non atrituus sit potius, quam ætrienis? Si ab avibus capiendis auceps dicatur, debuisse ajunt ex piscibus capiendis pisci-

Tom. VII.

(1) Doctus vir putat post verbum *Roma* scribendum *Romenses*, & *Albenses*, ut *Parmenses*.

(2) *Legor*. (3) Sic ab *amor*, *legor*, & ejusmodi verbis vocabulum: ex conjecturis mutan-

ceps; ut aucupem, sic piscicupem dici: & ubi lavetur æs, ærarias, non ærelavinas nominari: & ubi fodiat argentum, argentifodinas dici; neque ubi fodiat ferrum, ferrifodinas; qui lapides cadunt, lapticidas: qui ligna, lignicidas non dici: neque ut aurificem, sic argentificem, non doctum dici indoctum: non falsum infalsum (7): sic & ab hoc quoque fonte quæ profluant, animadvertere est facile. Relinquitur de casibus; in quo Aristarchei suos intendunt nervos. Primum si in his esset analogia, dicunt debuisse omnes nominativos, & articulos habere totidem casus: nunc alios habere unum solum, ut litteras singulas omnes; alios tres, ut prædium, prædii, prædio; alios quattuor, ut mel, mellis, melli, melle; alios quinque, ut quintus, quinti, quinto, quintum, quinte; alios sex, ut unus, unius, uni, unum, une, uno. Non esse ergo in casibus analogias. Secundo quod Crates dicebat, cur quæ singulos habent casus, ut litteræ Græcæ, non dicantur alpha alphas? si idem mihi respondebitur quod Crateti, non esse vocabula nostra, sed penitus barbara: quæram, cur iidem nostra nomina, & Persarum, & ceterorum, quos vocant barbaros, cum casibus dicant? quare, si esset analogia; aut, ut Pœnicorum & Ægyptiorum vocabula, singulis casibus dicerentur; aut pluribus, ut Gallorum, & ceterorum. Nam dicunt ab alaco alacus (8), & sic alias. In (9) quod scribent, dicent, quod Pœnicum sit, singulis casibus; ideo eas litteras Græcas nominari: sic Græci nostra senecis casibus, non quineis dicere debebant; quod cum non faciunt, non est analogia. Quæ si esset, negant ullum casum duobus modis debuisse dici, quod fit contra. Nam sine reprehensione vulgo alii dicunt in singulari hac ovi, & avi: alii hac ove, & ave: in multitudinis, hæ puppeis, resteis, & hæ puppes, restes, item, quod in patrico casu hoc genus dispariliter dicatur civitatum, parentum; civitatum, parentium: in accusandei hos monteis, fonteis, hos montes, fontes. Item cum si sit analogia, debent a similibus verbis similiter declinateis similia fieri, & id non fieri ostendi possit: despiciendam esse eam rationem: atqui ostenditur: nam quid potest similis esse, quam mens, dens, gens? cum horum casus patricus, & accusandei in multitudine sint dispariles, nam a primo fit gentium, & genteis, utrobique ut sit I: a secundo mentium, & mentes, ut in priore solo sit I: a tertio dentum, & dentes, ut in neutro sit I. Sic item, quoniam simile est recto casu surus (10) lupus, lepus; rogant, cur non dicant proportionem item furo (11), lupo lepo? Si respondent similia non esse, quod ea vocemus dissimiliter fure (12), lupe, lepus: sic enim respondere voluit Aristarchus Crateti: nam cum scripsisset similia esse Philomedes, Heraclides, Melicertes: dixit non esse similia: in vocando [13] enim cum E brevi dici Philomede, cum E longo Heraclide, & cum E brevi Melicerte: in hoc dicunt Aristarchum non intellexisse, quod quæreretur, cum sic solverit. Sic enim, ut quid-

M m m

quid

dum. (4) Sic. (5) *Amaturus*. (6) *Quid*.

(7) *Infalsum* quidam. (8) *Alauda*, *alaudus*.

(9) *Id*. (10) *Sciurus*. (11) *Sciuro*.

(12) *Sciure*. (13) *In vocandei*.

quid (1) in obliqueis casibus discrepavit, dicere potuit; propterea rectos casus non esse simileis: cum quærat duo inter se similia sint, necne, non debere extrinsecus adsumi, cur similia sunt. Item si esset analogia, similiter aves, oves, sues dicerent, item ut ovium, avium, sic suum. Si analogia est, inquit, cur populus dicit dii Penates, dii Consentes? Cum sit, ut hic reus, ferus, deus; sic hi rei, feri, dei? Item quærent, si sit analogia, cur appellant omnes ædem deum Consentum, & non deorum Consentium? Item cur dicatur mille denarium, non mille denariorum? est enim hoc vocabulum ea figura, ut Vatinius, Manlius, denarius: debet igitur dici, ut Vatiniorum, Manliorum, sic denariorum: & non equum publicum mille assarium esse, sed mille assariorum: ab uno enim assario multi assarii, ab eo assariorum. Item secundum illorum rationem debemus secundeis syllabeis longeis dicere Hectorem, Nestorem: est enim ut quæstor, prætor, Nestor, Hector: & non debuit dici quibus das (2), sed quis das (3) est enim ut eeis, heis, quis. At si est quibuscum, non ibus & hibus cum dicatur? da patri familias dicere non debuerunt, si analogias sequi vellent: quod est ut Atinix, Scatinix, familiæ; sic una Atinia, Scatinia, familia: item plures patres familias dicere non debuerunt, sed ut Sifenna scribit, patres familiarum. Neque oportebat consuetudinem notare: alios dicere boum greges, alios boverum: ut struum, sic Jovum, & Joverum, cum esset ut Jovis, bovis, struis, Jovem, bovem, struem, Jovi, bovi, strui. Nec cum hæc convenirent in obliqueis casibus, dubitare debuerunt in recteis propinquieribus: nunc in consuetudine aliter dicere pro Jovis, Jupiter, pro bovis, & bus, bos, pro struis strues. Deinceps dicam de altero genere vocabulorum, in quo contentiones sunt, ut album albius albissimum, in quo eam analogiam non servari apparet: nam cum sit simile falsum, caldum, & dicatur ab heis falsus falsissimum, caldus caldissimum debuit dici: quoniam simile est bonum, malum; ab heis bonius & malus, bonissimum & malissimum: nonne dicimus bonum melius optimum; malum pejus pessimum? in aliis verbeis nihil de est, ut dulcis dulcior dulcissimus; in aliis primum, ut pejus pessimum; in aliis medium, ut cæsius cæssissimus; in aliis bina sunt, quæ sint ab eadem voce declinata; & ea ita, ut alias desint secundum & tertium, ut in hoc mane manius manissime; alias ut duo prima absint, ut optimum, alias ut primum & tertium desint, ut melius. Præterea si dicerent similiter declinari, cum similia essent macer, sacer, tener, & macerrimus, facerrimus, tenerimus, non discrepant in heis macrior, & magis sacer, & tenerior: neque alia trisyllaba fierent (4): & si in heis dominaretur similitudo, diceremus, ut candidissimus candidissima, pauperrimus pauperrima: ut candidus candida, pauper paupera, & ut dicimus doctus docta, doctissimus doctissima, sic diceremus frugalissimus frugalissima, frugus & fruga, ea si proportionem essent verba: ut uno vocabulo dicimus virum, & mulierem sapientem, & diligentem, & sa-

(1) Quidque. (2) Quibusdam. (3) Sed quiesdam. (4) Locus mendosus.

pientiorum, & diligentiorum: sic diceremus item, cum perveniremus ad summum, quod facimus aliter: nam virum dicimus sapientissimum, & diligentissimum, feminam sapientissimam, & diligentissimam. Quod ad vocabulorum hujus generis exempla pertinet, multa sunt reliqua: sed eadem, quæ dicta, ad judicandum satis sunt, quod analogias in collatione verborum sequi non debemus. Magnitudinis vocabula cum possint esse terna, ut cista cistula cistella, in mediis (5) non sunt; ut in heis macer macricolus macellus, niger nigricolus nigellus. Item minima in quibusdam non sunt, ut avis avicula avicella, caput capitulum capitellum. In hoc genere vocabulorum, quod multa desunt, dicendum est non esse in eo, sed potius sequendam consuetudinem, quam rationem. Quod ad vocabulorum genera quattuor pertinet, ut in hoc potius consuetudinem, quam analogiam dominari facile animadverti possit, dictum est. Sequitur de nominibus, quæ differunt a vocabuleis, ideo quod sunt infinita, ac res communis designent, ut vir, mulier: cum nomina sint finita, ac significant res proprias, ut Paris, Helena: e quibus sunt alia nomina a nominibus, ut Ilium ab Ilo, & Ilia ab Illo: alia a vocabulo, ut ab albo Albius, & ab atro Atrius: in neutreis servata est analogia. Nam & cum sit a Romulo Roma; proportionem non est, quod debuit esse Perperni filia, non Perperna. Perperna mulieris nomen esse debuit, & nata a Perperno: quod est, ut Arbernus, Perpernus; Arberna, Perperna. Quod si Marcus Perperna virile est nomen, & analogia sequenda: Lucius Ælia, & Quintus Mucia virilia nomina esse debebunt. Item quæ habent ab Rhodo, Andro, Cyzico, Rhodius, Andrius, Cyzicenus, similiter Cyzicius civis diceretur unusquisque. Nam ut ab Atheneis Athenæus dicitur rhetor nomine, & si non sit Atheniensis: in hoc ipso analogia non est: quod alii nomina habent ab oppideis: alii aut non habent, aut non ut debent, habent, habent plerique libertini a municipio manumissi, in quo: ut societatum & fanorum servi, non servarunt proportionem, & rationem, & Romanorum liberti debuerunt dici, ut a Faventia Faventinus, a Reate Reatinus: sic a Roma Romanus: ut nominantur a libertineis orti publici servi Romani, qui manumissi ante, quam sub magistratus nomina, qui eos liberarunt, succedere cœperunt: hinc quoque illa nomina Lefas (6), Ufenas, Carinas, Mæcnas; quæ cum essent a loco, ut Urbinas, & tamen Urbinus, ab heis debuerunt dici ad nostrorum nominum similitudinem \*\*\*\*.

LIBER VIII \*\*\*\*.

TAM nesciant docere, quam discere, quæ ignorant: in quo fuit Crates nobilis grammaticus, qui fretus Chrysippo homine acutissimo, qui reliquit sex libros περὶ τῆς ἀνομιχίας, heis libris contra analogiam, atque Aristarchum est nixus: sed ita ut scripta indicant ejus, ut neutrius videatur pervidisse voluntatem. Quod & Chrysippus, de inæqualitate cum scribit sermones, propositum habet ostendere similes res dissimilibus verbeis; & similibus dissimiles esse vocabuleis notatas: id quidem est verum

(5) In aliis medi: Ut docto viro placet.

(6) Lanæ.

• Desj  
pagina.  
• De-  
sunt qua-  
dam.

rum

rum (1): & cum Aristarchus de æqualitate conscribit, & de verborum similitudine; quorundam inclinationes sequi jubet, quoad patitur consuetudo. Sed hi qui in loquendo partim sequi jubent nos consuetudinem, partim rationem; non tam discrepant, quod consuetudo, & analogia conjunctiores sunt inter se, quam hi credunt: quod est nata ex quadam, consuetudine analogia: & ex hac consuetudo (2) ex dissimilibus & similibus verbeis eorum, quod declinationibus constat, neque anomalia, neque analogia est repudianda: nisi si non est homo ex anima: quod est homo ex corpore & anima. Sed ea, quæ dicam, quo facilius pervideri possint, prius de trineis copuleis differendum: nam consulum ex utraque parte pleraque dicuntur, quorum alia ad aliam referri debent summam. Primum de copuleis naturæ, & sueis: hæc enim duo sunt, quæ exigunt diversa: quod aliud est dicere verborum analogias, aliud dicere uti oportere analogiis. Secundum de copuleis multitudinis, ac finis: utrumque omnium verborum dicatur esse analogia, an usus (3), an majoris partis. Tertium de copuleis personarum, quæ debent uti, quæ sunt plures. Alia enim populi universi, alia singulorum; & de his non eadem oratores, & poetæ, quod eorum non idem jus. Itaque populus universus debet in omnibus verbeis uti analogia: & si perperam est consuetus, corrigere se ipse; cum orator non debeat in omnibus uti: quod sine offensione non potest facere, cum poetæ transire lineas impune possint. Populus enim in sua potestate, singuli in illius. Itaque ut suam quisque consuetudinem, si mala est, corrigere debeat; sic populus suam. Ego populi consuetudinis non sum, ut dominus: at ille meæ est. Ut rationi obtemperare debet gubernator, gubernatori unusquisque in navi; sic populus rationi, nos singuli populo. Quare ad quamcumque summam in dicendo referam, si animadvertes, intelleges, utrum dicatur analogia esse, an, uti oporteret, redigere; dici id in populum aliter, ac inde (4) omnibus dici in eum, qui sit in populo. Nunc jam primum dicam pro universa analogia, cur non modo videatur esse reprehendenda, sed etiam cur in usu quodammodo sequenda. Secundo de singulis criminibus, quibus rebus possint, quæ dicta sunt contra, solvi: dicam ita, ut generatim comprehendam; & ea, quæ in priori libro sunt dicta, & ea, quæ possunt dici, atque illic præterii.

Primum quod ajunt, qui bene loqui velit, consuetudinem non rationem similitudinum sequi oportere: quod alterum si neglegat, sine offensione facere non possit; alterum si sequatur, quod sine reprehensione non sit futurum; errant: quod qui in loquendo consuetudinem, qua oportet uti, sequitur, non sine ea ratione. Nam vocabula, ac verba, quæ declinamus, similiter ea in consuetudine esse videmus, & ad eam referimus: & si quid est erratum, non sine ea corrigimus. Nam ut qui triclinium construxerunt, si quem lectum de tribus unum imparum posuerunt, aut de paribus nimium, aut parum prodixerunt; una corrigimus, & ad consuetudinem communem, & ad aliorum tricliniorum analogias. Sic si quis in oratione in pronuntiando ita declinat

verba, ut dicat disparia; quod peccat, redicere debemus ad ceterorum similitum verborum rationem. Cum duo peccati genera sint declinationum; unum quod in consuetudinem perperam receptum est, alterum, quod nondum est & perperam dicatur; unum dant non oportere dici, quod sit [5] in consuetudine; alterum non conceditur, quin ita dicatur, ut sit simile: cum id faciat; ac si quis puerorum per delicias pedes male ponere, atque imitari vacias cœperit, hos corrigi oportere, si concedant: contra si quis in consuetudine ambulandei jam factus sit vacia, aut compennis, si eum corrigi non concedant: non sequitur, ut stulte faciant, qui puereis in geniculis alligent serperastram, ut eorum depravata corrigant crura: cum culpandus non sit medicus, qui e longinqua mala consuetudine ægrum in meliorem traducit: quare reprehendus sit, qui orationem minus valentem propter malam consuetudinem traducit in meliorem? Pictores Apelles, Protegenes, sic alii artifices egregii non reprehendendi, quod consuetudinem Myconis, Dioris, Arimæ, & aliorum superiorum non sunt secuti: Aristophanes improbandus, qui potius in quibusdam veritate, quam consuetudinem secutus? quid si viri sapientissimi, & in re militari, & in aliis rebus multis contra veterem consuetudinem cum essent usi, laudati: despiciendi sunt, qui potiorem dicunt oportere esse consuetudinem ratione? An cum quis perperam consueverit quid facere in civitate, non modo non patiemur, sed etiam poena adficiemus: item si quis perperam consueverit dicere verbum, non corrigemus, cum id fiat sine poena? & hi qui pueros in ludum mittunt, ut discant, quæ nesciunt verba, quemadmodum scribant: itidem barbaros, qui ignorabunt verba, quemadmodum oportuit dici, non docebimus, ut sciant, qua ratione conveniat dici? sed ut nutrix pueros a lacte non subito evellit a consuetudine, cum a cibo pristino in meliorem traducit, sic in majoribus loquendo a minus commodeis verbeis ad ea, quæ sunt cum ratione, modice traducere oportet: cum sint in consuetudine contra rationem alia verba, ita ut ea facile tolli possint: alia ut videantur esse fixa, quæ leviter hærent, ac sine offensione commutari possint. Si enim ad rationem corrigi oportet, quæ non ad rationem sunt: ita ut in præsentia corrigere nequeas: quin ita dicas, his oportet, si possis, non uti: sic enim obsolescent, ac postea jam oblitterata facilius corrigi poterunt: quas novas verbi declinationes ratione introductas respuet forum; eis boni poetæ maxime scænici consuetudine subigere aureis populi debent; quod poetæ multum possint in hoc: propter eos quædam verba in declinatione melius, quædam deterius dicuntur. Consuetudo loquendi est in motu. Itaque solet fieri ex meliore deterior: meliora verba perperam dicta apud antiquos aliquos, propter poetas non modo nunc dicuntur recte, sed etiam, quæ ratione dicta sunt tum, nunc perperam dicuntur. Quare, qui ad consuetudinem nos vocant, si ad rectam, sequamur; in eo enim quoque est analogia: si ad eam invitent, quæ est depravata, nihilo magis

M m m 2

fortasse scribendum est. (4) Aliter atque in docto cuidam viro placet. (5) Quod non sit.

(1) Locus mendosus, ut arbitrator.

(2) Locus non satis integer. (3) An unus,

gis sequemur : nisi cum erit necesse, sequar in ceteris rebus mala exempla : nam ea quoque, cum aliqua vis urguet, inviti sequimur. Neque enim Lyfippus artificum priorum potius est vitiosa secutus, quam artem, sic populus facere debet, etiam singuli, sine offensione quod fiat populi, qui amissa (1) modo quærant, sed etiam quod indicium dent : iidem ex sermone si quid deperit, non modo nihil impendunt, ut requirant, sed etiam contra indices repugnant, ne restituatur verbum novum, & ratione introductum, quo minus ut recipiamus, vitare non debemus. Nam ad usum in vestimentis, ædificiis, suppellectili, novitati non impedit vetus consuetudo. Quem enim amor adfuetudinis potius in panneis possessorem retinet, quam ad nova vestimenta traducit? An non sæpe veteres leges abrogatæ novis cedunt? Nonne inusitateis formeis vasorum recentibus a Græcia adlatis obliteratæ antiquæ consuetudinis sinorum, & capidarum species? Heis formeis vocabulorum contaminati uti nollent, quæ docuerit ratio propter consuetudinem veterem. Et tantum inter duos sensus interesse volunt, ut oculis semper aliquas figuras suppellectilis novas conquirant, contra aureis expertes velint esse? Quotus quisque jam servos habet prisceis nominibus? quæ mulier suum instrumentum atque vasa auri, veteribus vocabuleis appellat? Inducteis (2) non tam irascendum, quam huiusce pravitateis patroneis. Si enim usquequaque non esset analogia, tum sequebatur, ut in verbeis quoque non esset, non cū esset usquequaque, ut est, non esse in verbeis. Quæ enim est pars mundi, quæ non innumerabiles habeat analogias? Cælū, an mare, an terra, an aer, & cetera, quæ sunt in heis? nonne in cælo, ut ab æquinoctiali circulo ad solstitialē, & hinc ad septentrionalem divisum? sic contra paribus partibus item a bruma versum contraria parte? non quantum polo superior, abest inferior ab eo, quem ἀνταρκτικὸν vocant astrologi, & is ad brumalē? non quemadmodum quodque signum exortum hoc anno, quotquot annis eodem modo exoritur? Num aliter sola bruma venit ad æquinoctium? an contra cum ad solstitium, venit ad æquinoctialem circumulum, & inde ad brumam? Nonne luna, ut a sole discedit ad aquilonem, & inde redit in eandem viam; sic inde fertur ad austrum, & regreditur inde? Sed quid plura de astreis, ubi difficilius reperitur, quid sit, aut fiat in motibus dissimiliter? At in mari, credo, motus non habeat dissimilitudines geminas, qui in viginti quattuor horeis lunaribus cottidie quater se mutant? At cum sex horeis æstus creverunt, totidem decreverunt rursum iidem. Item ab heis (3), an hanc analogiam ad diem servant, ad mensem non item alios motus? Sic item cum habeant alios inter se convenientes, de quibus in libro, quem de æstuariis feci, scripsi. Non in terra in sationibus servata analogia? Nec cuiusmodi in præterito tempore fructuum genera reddidit, similia in præsentem reddat : & cuiusmodi a tritico jacto reddit segetes, sic ordeo fato proportionem reddit parileis? Nonne ut Europa habet flumina, lacus, monteis, campos; sic habet Asia? Non in volucris generatim servatur analogia?

non ex aquileis aquilæ, atque ex turdeis, qui procreantur, turdi : sic ex reliqueis sui cuiusque generis? An aliter hoc sit quam in aere, in aqua? non hic conchæ inter se generatim innumerabili numero similes? non pisces? sane (4) muræna fit lupus, aut merula? Non bos ad bovem conlatus similis? & qui ex heis prognerantur inter se vituli? etiam ubi dissimilis fetus, ut ex equa & asino mulus : tamen ibi analogia, quod ex quocumque asino & equa nascitur item mulus, aut mula, ut ex equo, & asina hinnuli. Non sic ex viro & muliere omnis similis partus? quid pueri, & puellæ? non (5) horum ita inter se, non omnia similia membra, ut separatim in suo utroque genere similitudines sint pariles? Non homines omnes cum sint ex anima & corpore, partes quoque horum proportionem similes? Quid ergo cum omnes animæ hominum sint divisæ in octonas partes, inter se non proportionem similes? quinque, quibus sentimus : sexta, qua cogitamus : septima, qua progneramus : octava, qua voces mittimus? Igitur, quoniam, qua loquimur voce orationem, hanc quoque necesse est natura habere analogias. Itaque habet, an non? Vides, ut Græci habeant eam quadripartitam? (6) unam, in qua sit casus : alteram, in qua tempora : tertiam, in qua neutrum : quartam, in qua utrumque : sic nos habere? & quid, verba nescis, ut apud illos sint alia finita, alia non sic utraque esse apud nos eundem non dubito. Qui animadvertentur item in eam innumerabilem similitudinem numerum : ut trium temporum verba, ut trium personarum ; quis enim potest non animadvertisse in omni oratione esse ut legebam lego legam, sic lego legis legit : cum hæc eadem dicantur alias ut singula, alias ut plura significant? Quis est enim tam tardus, qui illas quoque non animadvertit (7) similitudines, quibus utimur imperando, quibus in optando, quibus in interrogando, quibus in insecteis rebus, quibus in perfectis, sic in aliis discriminibus? Quare qui negat esse rationem analogiæ, non videt naturam non solum orationis, sed etiam mundi : qui autem vident, & sequi negant oportere, pugnant contra naturam, non contra analogiam : & pugnant volfelleis, non gladio ; cum pauca excepta verba ex pelago sermonis puri, minus trita efferant, cum dicant propterea analogias non esse, similiter ut si quis viderit mutilum bovem, aut luscum hominem, claudicantem equum, neget in cornibus boum, hominum, & equorum naturam similitudinis proportionem constare. Qui autem cum duo genera esse dicunt analogiæ : unum naturale, quod ut ex lentibus nateis (8) nascuntur lentes, sic ex lupineis lupinum : alterum voluntarium, ut in fabrica, cum vident scænam, ut dexteriore parte sint ostia, sic esse in sinisteriore simili ratione facta : de heis duobus generibus naturalem esse analogiam : ut sit in motibus cæli : voluntariam vero esse, quod ut cuique fabro libitum sit, possit facere partem scænæ ; sic in hominum partibus esse analogias : quod eas natura fecit ; in verbeis non esse, quod & homines ad suam quisque voluntatem fingunt. Itaque de eisdem rebus alia verba habere Græcos, alia Sy-

[1] Locus mendosus. (2) Indocteis.  
(3) Identidem aliis. (4) Ane. (5) Num.

(6) Quadripartitam. (7) Animadvertat.  
(8) Sateis, scribendum est.

ros,

ros, alia Latinos. Ego declinatus verborum & voluntarios, & naturales esse puto. Voluntarios, quibus homines vocabula imposuerint rebus quædam, ut a Romulo Roma, a Tibure Tiburtes. Naturales, ut ab imposteis vocabuleis, quæ inclinantur in tempora, aut in casus: ut ab Romulus Romuli Romulum, & a dico dicebam dixeram. Itaque in voluntariis declinationibus inconstantia est; in naturalibus constantia: quas utrasque, quoniam id non debeant negare esse in oratione, quod in mundi partibus omnibus sit, & declinationes verborum innumerabiles, dicendum est esse in iis analogiam, neque ideo statim ea in omnibus verbeis est sequenda: nam si qua perperam declinavit verba consuetudo, ut ea aliter efferri non possint sine offensione multorum: hinc orationem verborum non præmittendam ostendit loquendi ratio. Quod ad universalem pertinet causam, cur similitudo & sit in oratione, & debeat observari, & quam ad finem quoque, satis dictum. Quare, quod sequitur, de partibus singuleis deinceps expediemus; ac singula crimina, quæ dicunt in analogias, solvemus. In quo animadverto, natura quadruplicem esse formam, ad quam in declinando accommodari debeant verba: quod debeat subesse res, quæ designetur, & ut sit ea res in usu; & ut vocis natura ea sit, quæ significavit, ut declinari possit; & similitudo: figura verbi, ut sit ea, quæ ex se declinata genus proderere certum possunt; quo (1) neque a terra terrus ut diceretur, postulandum est, quod natura non subest: ut in hoc alterum maris, alterum feminæ debeat esse. Sic neque propter usum, ut Terentius significat unum, plures Terentii, postulandum est, ut sic dicamus faba & fabæ: non enim in similibus utrumque, neque ut dicimus Terentius Terentium, sic postulandum, ut inclinemus A & B; quod non omnis vox natura habet declinatus: neque enim forma conlata quærendum solum, quid habeat in figura simile, sed etiam nonnumquam in eo, quem habeat effectum. Sic enim lana Gallicana, & Appula videtur imperito similis propter speciem; cum peritus Appulam emat pluris, quod in usu firmitior sit. Hæc nunc strictim dicta, apertiora fient infra: incipiam hinc. Quod rogant ex qua parte oporteat simile esse verbum, ab voce, an a significatione? respondeamus a voce, sed tamen nonnumquam quærimus, genere similia ne sint, quæ significantur; ac nomen virile cum virili conferimus, feminæ cum muliebri: non quod id (2), quod significant voces, commoveat; sed quod nonnumquam in re dissimilis figuræ, formas vocum indissimiles ponunt dispariles: ut calcei muliebres sint, an viriles, dicimus ad similitudinem figuræ; cum tamen sciamus nonnumquam & mulierem habere calceos viriles, & virum muliebres. Sic dici virum Perpernam, & M. Læcam muliebri forma. Et contra; parietem, ut abietem, esse forma similem; cum alterum vocabulum dicatur virile, alterum muliebri; & utrumque natura neutrum. Sic itaque ea virilia dicimus, non quæ virum significant, sed quibus proponimus hic & hi. Et sic muliebria, in quibus dicere possumus hæc, & hæc. Quare nihil est,

quod dicunt Theona, & Diona non esse simileis; si alter est Æthiops, alter Gallus: si analogia rerum dissimilitudines adsumat & ad discernendum vocis verbeis (3) figuras. Quod dicunt simile sit, nec ne, nomen nomini, imprudenter Aristarchum præcipere, oportere spectare non solum ex recto, sed etiam ex eorum vocandei casu: esset enim ridiculum, si similes inter se parentes sint, de filiis iudicare. Qui errant, quod non ab obliqueis casibus sit, ut recti simili facie ostendantur: sed propter eos facilius prospici similitudo potest eorum, quam vim habeat ut lucerna in tenebris adlata non facit, quæ ibi sunt posita, similia sint; sed ut videantur, quæ sint, quæve desint. Quid similius videtur, quam in heis est extrema littera crux frux? quas qui audit voces, auribus discernere potest nemo: cum easdem non esse similes ex alijs verbeis intelligamus: quod cum sint cruces, & fruges, & de heis extremeis syllabeis exemptum sit C ex altero sic; ut ex C & S crux, ex G & S frux; quod item apparet, cum est demptum S: nam sit unum cruci, alterum frugi. Quod ajunt, cum in majore parte orationis non sit similitudo, non esse analogiam: dupliciter stulte dicunt, quod & in majore parte est, & in minore parte est; & si in minore non sit, tamen sit in majore: nisi etiam nos calceos negabunt habere, quod in majore parte corporis calceos non habeamus? Quod dicunt nos sequi dissimilitudinē: itaque in vestitu, in suppellectile delectari varietate: non paribus subculeis uxoris, respondeo, si varietas est jucunda; magis varium esse, in quo alia sunt similia, alia non sunt. Itaque sic, ut abacum argento ornari videmus, ut alia paria sint, alia disparia; sic in oratione. Rogant, si similitudo sit sequenda, cur malimus habere lectos alios ex ebore, alios ex testudine, sic item genere aliquo alio: ad quæ dico non (4) dissimilitudine quoque sequi: sæpe itaque ex eadem suppellectili licet videre: nam nemo facit triclinii lectos, nisi pareis & materia, & altitudine, & figura. Quis facit mappas triclinarias non simileis inter se? quis pulvinos? quis denique cetera quæ unius generis sint plura? Cum inquit utilitatis causa introducta sit oratio, sequendum, non quæ habeat similitudinem, sed quæ utilitatem. Ego quidem utilitatis causa orationem factam esse concedo, sed ut vestimenta: quare ut hic similitudines sequemur: ut virilis tunica sit virili similis, item toga togæ; sic mulierum stola stolæ proportionem, & pallium pallio simile. Sic cum sint nomina utilitatis causa, tamen virilia inter se similia: item muliebria inter se sequi debemus. Quod ajunt, ut peredit, & perstitit, sic percubuit, & percupivit; quoniam non sit; non esse analogiam: & in hoc errant: quod duo posteriora ex prioribus declinata non sunt: cum analogia polliceatur ex duobus similibus similiter declinateis similia fore. Qui dicunt, quod sit a Romulo Roma, & non Romula; neque ut ab ove ovilia, sic a bove bovilia esse analogias: errant, quod nemo pollicetur e vocabulo vocabulum declinari recto casu singulari in rectum singularem; sed ex duobus vocabuleis similibus casus similiter declinatos similes fieri. Quod dicunt: quod vocabula litterarum Latinarum

non

(1) Possit; quo. (2) Heic.

(3) Verbeis vocis, arbitror scribendum esse.

(4) Dico nos.

non declinentur in casus, non esse analogias; hi ea quæ natura declinari non possunt, eorum declinatus requirant: proinde ut non ea dicatur esse analogia, quæ a similibus verbeis similiter declinateis similia declinat. Quare non solum in vocabuleis litterarum non hæc requirenda analogia, sed ne in syllaba quidem ulla: quod dicimus hoc ab, hujus ab: sic alia: quod si quis in hoc quoque velit dicere esse analogias rerum; tenere potest: ut enim dicunt ipsi alia nomina, quod quinque habent figuras, habere quinque casus, alia quattuor, sic minus alia; dicere poterunt esse litteras ac syllabas in voce, quæ singulos habent casus: in rebus plurimeis, quemadmodum inter se conferrent ea, quæ quaternos habebunt vocabuleis casus; item ea inter se quaternos; sic, quæ singulos habebunt, ut conferant inter se dicentes: ut sit hoc A, hujus A, esse hoc E, hujus E, huic E. Quod dicunt: esse quædam verba, quæ habeant declinatus, ut caput; quorum par reperiri quod non possit, non esse analogias: respondendum sine dubio, si quod est singulare verbum, id non habere analogias: minimum duo esse verba debent, in quibus sit similitudo: quare in hoc tollunt esse analogias? sed initio vocabulum (1) recto casu apparet in hoc: Quod dedit ira caput, nec dispendi facit hillum: quod valet, neque dispendii facit quidquam. Idem hoc obliquo apud Plautum: Video enim te nihili pendere præ Philolache omnes homines: quod ex ne & hili: quare dictus est nihili, qui non hili: habet casus tum, cum commutatur, de quo dicitur. De homine: dicimus enim hic homo nihili est, & hujus hominis nihili, & hunc hominem nihili: si in illo commutarem; diceremus, ut hoc linum, & limum, si nihilum, non hic nihili, & huic lino & limo, sic nihilo, non huic nihili. Potest dici patricus casus, ut ei præponuntur pronomina plura, ut hic casus Terentii, hunc casum Terentii; hic miles legionis, hujus militis legionis, hunc militem legionis. Negant, cum omnis natura sit aut mas, aut fœmina, aut neutrum; debuisse ex singuleis vocibus ternas figuras vocabulorum fieri, ut albus alba album: nunc fieri in multis rebus binas, ut Metellus Metella: nonnulla singula, ut tragedia, comœdia; sic esse Marcum, Numerium: at Marcam, & Numeriam non: dici corvum, turdum, non dici corvam, turdam: contra dici pantheram, merulam, non dici pantherum, merulum: nullius nostrum filium, & filiam non apte discerni marem ac fœminam; ut Terentiũ & Terentiam: contra deorum liberos, & servorum non itidem, ut Jovis filium & filiam, non Jovem & Jovam: item magnum numerum vocabulorum in hoc genere non servare analogias. Ad hæc dicimus, omnis orationis, quamvis res natura subsit, tamen si ea in usum non pervenerit, eo non pervenire verba: ideo equus dicitur & equa, in usu enim horum discrimina: corvus & corva non: quod sine usu id, quod dissimilis natura. Itaque quædam aliter olim, & nunc: tum omnes mares, & fœminæ dicebantur columbæ, quod non erant in eo usu domestico, quo nunc: contra propter domesticos usus, quod internovimus, appellatur mas columbus, femina co-

lumba. Nam cum in tria genera transit, & idem est in usu discriminare, totumque denique apparet, ut est in doctus docta doctum; doctrina enim per hæc tria transire potest, & usus docuit discriminare doctas res ab hominibus, & in heis marem ac fœminam in mare, & fœmina, & neutro: neque natura mas transit, neque fœmina, neque neutra: & ideo non dicitur feminus fœmina feminum, sic reliqua. Itaque singularibus & secreteis vocabuleis appellati sunt: quare in quibus rebus non subest similis natura, aut usus, in heis vocabuleis hujuscemodi ratio quæri non debet. Ergo dicitur, ut surdus vir, surda mulier, sic surdum theatrum, quod omnes tres (2) ad auditum sunt comparata. Contra nemo dicit cubiculum surdum ad silentium (3), non ad auditum, at si fenestram non habet, dicitur cæcum, ut cæcus, & cæca; quod omnia habent lumen, habere debent mas, ac fœmina. Habent inter se natura quandam societatem neutra cum heis, quod sunt diversa non inter se; quodque de heis perpauca sunt, quæ habeant quandam communitatem, dei, & servi nomina, quod non item, ut libera nostra transeunt, eadem ex causa, quod ad usum attinet, institui opus fuit de libereis, de reliqueis nihil attinuit: quod in serveis gentilicia natura non subest in usu. In nostris nominibus, qui sumus in Latio, & liberi, necessaria. Itaque ibi apparet analogia, ac dicitur Terentius vir, Terentia fœmina; Terentium genus: in prænominibus ideo non fit item, quod hæc instituta ad usum singularia, quibus discernentur nomina gentilicia, ut a numero Prima, Secunda, Tertia, Quarta. In vireis, ut Quintus, Sextus, Decimus: sic ab aliis rebus, cum essent duo Terentii, aut plures, discernendi causa, ut aliquid singulare haberent, notabant: forsitan ab eo, qui mane natus diceretur, ut is Manius esset; qui luci, Lucius; qui post patris mortem, Postumus. E quibus, quæ, cum item accidisset fœmineis, proportionem appellata, declarant prænomina mulierum antiqua, Mania, Lucia, Postuma. Videmus enim Maniam matrem larum, & Luciam Volumniam saliorum carminibus appellari. Postumam a multis post patris mortem etiam nunc appellari. Quare quocumque progressa est natura, cum usu vocabuli similis, proportionem propagata est analogia. Cum in quibus declinationibus voluntariis maris, & fœminæ, & neutri, quæ voluntaria sunt, non debent similiter declinari: sed in quibus naturales sint declinatus, hi, qui esse reperiuntur. Quo circa in tribus generibus nominum inique tollunt analogias. Qui autem eas reprehendunt, quod alia vocabula singularia sunt solum, ut cicer: alia multitudinis solum, ut scalæ; cum debuerunt (4) esse omnia duplicia, ut equus equei, analogiæ fundamentum esse obliviscuntur naturam: nam & usu singulare est, quod natura unum significat, ut equus, aut quod conjuncta quodammodo ad unum usum, ut bigæ: itaque dicimus una musa, sic dicimus unæ bigæ: multitudinis vocabula sunt unum infinitum, ut musæ, alterum finitum, ut duo, tres, quattuor: dicimus enim, ut hæc musæ, sic unæ bigæ, & binæ, & trinæ bigæ, sic deinceps. Quare tam unci, & unæ, &

una

[1] Locus mendosus. [2] Omnes hæc res: quidam. (3) Locus mendosus.

[4] Debuerint.

una quodammodo singularia sunt, quam unus, & una, & unum: hoc modo mutat, quod altera in singularibus, altera in conjunctis rebus, & ut duo, tria sunt multitudinis, sic bina, trina. Est tertium quoque genus singulare, ut in multitudine, uter: in quo multitudinis, ut uter utrei, uter poeta singularis, utrei poetæ multitudinis est. Qua explicata natura, apparet non debere omnia vocabula multitudinis habere par singulare: omnes enim numeri a duobus sursum versus multitudinis sunt; neque eorum quibusdam habere potest singulare compar. Injuria igitur postulant, si qua sint singularia, oportere habere multitudinis. Item qui reprehendunt, quod non dicatur, ut unguentum unguenta, vinum vina; sic acetum aceta, garum gara: faciunt imperite, qui ibi desiderant multitudinis vocabulum, quæ sub mensuram, ac pondera potius, quam sub numerum succedant: nam in plumbo, oleo, argento, cum incrementum accessit, dicimus, multum oleum, multum plumbum, argentum: non multa olea, plumba, argenta: cum quæ ex hisce fiant, dicamus plumbea, & argentea: aliud enim cum ex argento: nam id tum, cum jam vas argenteum, aut pocillum, aut quid item; quod pocilla argentea multa, non quod argentum multum: ea natura, in quibus est mensura, non numerus, si genera in se habent plura, & in usum venerunt, & genere multo: sic vina, unguenta dicta: alius enim generis vinum, quod Chio, alius quod Lesbo. Sic ex regionibus, quæ ipsa dicuntur, nunc melius unguenta, cui nunc genera aliquot: si item discrimina magna essent olei, & aceti, & sic ceterarum rerum hujusmodi in usu communi, dicerentur sic olea, ut vina. Quare in utraque denique re, scindere conantur analogiam: & cum in dissimili usu similia vocabula quærunt; & cum item ea, quæ metimur, atque ea, quæ numeramus, dici putant oportere. Item reprehendunt analogias, quod dicantur multitudinis nomine publicæ balineæ, non balinea: contra, quod privati dicunt unam balineum, quod plura balineas dicant: quibus responderi potest, non esse reprehendendum, quod scalæ, & aquæ calidæ, pleraque, quæ cum multitudinis vocabulis sint appellata: neque eorum singularia in usum venerint. Idemque, item contra (1) primum balineum novum, & Græcum introiit in urbem, publice ibi confedit, ubi bina essent conjuncta ædificia lavandæ causâ; unum ubi viri, alterum ubi mulieres lavarentur, ab eadem ratione domi suæ quisque ubi lavatur, balineum dixerit: & quod non erant duo balinea, dicere non consueverunt, cum hoc antiqui non balineum, sed lavatrinam appellare consuevissent. Sic aquæ calidæ a loco, & quæ ubi scaterent, cum ut colerentur, & venissent in usum nostris, cum aliæ ad alium morbum idoneæ essent. Hæ cum plures essent, ut Puteoleis, in Tusceis, quibus utebantur, multitudinis potius, quam singulari vocabulo appellarunt. Sic scalas, quod a scandendo dicantur, & singulos gradus scanderent. Magis erat quarendum, si appellassent singulari vocabulo scalam, cum origo nominatus ostenderet contra. Item repre-

(1) Locus mendosus.

hendunt de casibus; quod quidam nominatus habent rectos, quidam obliquos: quod dicunt utrosque in vocibus oportere: quibus idem responderi potest; in quibus usus, & natura non subsit, ibi non esse analogiam: sed ne in his vocabulis, quæ declinantur, si transeunt e recto casu in rectum casum: quæ tamen fere non discedunt a ratione sine justa causa ut hi, qui gladiatores dicunt Faustinos: nam quod plerique dicuntur, ut treis extremas syllabas habeant eadem Casceliani, Aquiliani, Cæciliani; animadvertant, unde oriuntur nomina dissimilia: Cascelius, Cæcilius, Aquilius, Faustius: recte dicerent Faustianos: potius, quam Faustinos: sic a Scipione quidam male dicunt Scipionios, nam contra est Scipionarios. Sed, ut dixi, quod ab hujusmodi cognominibus raro declinantur cognomina, neque in usum etiam perducta notant quædam. Item dicunt, cum sit simile stultus, luscus; & dicatur stultus stultior stultissimus; non dici luscus luscior luscissimus: sic in hoc genere multa: ad quæ dico ideo fieri, quod natura nemo lusco magis sit luscus; cum stultior fieri videatur. Quod rogant, cur non dicamus mane manius manissime: item de vespertino tempore: vere magis & minus esse non potest; ante & post potest: itaque prius est hora prima, quam secunda, non magis hora, sed magis mane surgere tam dicitur, qui primo mane surgit, quam qui non prior. Ut enim dies non potest esse magis, quam mane; itaque ipsum hoc quod dicitur magis, sibi non constat: quod magis mane significat primum mane, magis vespere novissimum vesper. Item ab hujusmodi similitudinibus analogia, quod cum sit anus, cadus simile; & sit ab anu anicula anicella, a cado duo reliqua, quod non sint propagata: sic non dicatur a piscina piscinula piscinella: ad hujusmodi vocabula analogias esse, ut dixi, ubi magnitudo animadvertenda sit in unoquoque gradu, & quæ sit in usu communi, ut est cista cistula cistella, & canis catulus catellus; quod in pecoris usu non est. Itaque consuetudo frequentius res in binas dividit partes ut majus, & minus; ut lectus, & lectulus, arca & arcula, sic alia. Quod dicunt; casus alia non habere rectos, alia obliquos, & ideo non esse analogias, falsum est. Negat habere rectos, ut in hoc frugis frugem, item roris rorem; obliquos non habere, ut in hoc Diespiter, Marspiter: ad hoc respondeo, & priora habere nominandæ, & posteriora obliquos. Nam & frugi rectus est natura frux: ac si secundum consuetudinem dicimus, ut hæc avis, hæc ovis, sic hæc frugis. Sic secundum naturam nominandæ est casus roris, secundum consuetudinem ros; cum utrumque conveniat ad analogiam; quod & id, quod in consuetudine non est, cujusmodi debeat esse, apparet; & quod est in consuetudine nunc in recto casu, eadem est analogia ad pleraque, quæ ex multitudine cum transeunt in singulare, difficulter efferuntur ore: sic cum transiretur ex eo, quod dicebatur hæc oves, una non est dicta oves, sed additum I, ac factum ambiguum verbum nominandæ an patrici sit casus, ut ovis, & avis: sic in obliqueis casibus cur negant (2) esse Marspiteris, Diespiteris, non video, nisi quod minus est tritum in consuetudine, quam

(2) Negent.

quam Diespiter, quod in nihil (1) argumentum est: nam tam casus; qui non tritus est, quam qui est. Sed in casuum serie alia vocabula non habent nominandi, alia de obliqueis aliquem. Nihil enim video quo minus si ratio (2) percellere poterat hoc crimen. Nam ut signa, quæ non habent caput, aut aliquam aliam partem, nihilominus in reliqueis membris eorum esse possunt analogiæ, sic in vocabuleis casuum. Possunt item fieri, ac reponi; quod aberit, ubi patietur natura, & consuetudo; quod nonnumquam apud poetas invenimus factum: ut in hoc apud Nævium in Clastidio: Vita infepulta lætus in patriam reduxit. Item reprehendunt, quod dicatur hæc strues, hic Hercules, hic homo: debuissent enim dici, si esset analogia, hic Hercul, hæc strus, hic homon. Hæc ostendunt non analogiam non esse, sed obliquos casus non habere caput ex sua analogia, nam ut in Alexandri statua si imposueris caput Philippi, membra conveniunt ad rationem; sic & ad Alexandri membrorum simulachrum caput, quod respondeat, ita fit. Nam si quis tunicam in usu ita confuit, ut altera plagula sit angustis claveis, altera lateis: utraque pars in suo genere caret analogia. Item negant esse analogias, quod alii dicunt cupressus, alii cupressi, item de ficis, plataneis, & plerisque arboribus: de quibus alii extremum V S. alii E I faciunt: id est falsum, nam debent dici hei & hæ ficci: quod est ut nummei, ficci, ut nummorum, ficorum, si essent plures ficus, ut manus, diceremus ut manibus, sic ficibus; & ut manuum, sic ficuum: neque has ficos diceremus, sed ficus, ut non manos, sed manus. Sed neque consuetudo diceret singulareis obliquos casus hujus fici, neque ab hac fico, ut non dicit hujus mani, sed hujus manus, & ab hac mano, sed manu. Et illud putant esse causæ, cur non sit analogia; quod Lucilius scribit: Decuis [3] sive decussis est, qui errant; quod Lucilius non debuit dubitare, quod utrumque: nam in ære usque ab asse ad centussis numerus æs adsignificat, & ejus numero finiti casus omnes a dupondio sunt: quod dicitur a multis duobus modis, hic dupondius, & hoc dupondium, ut hoc gladium, & hic gladius: a tressibus virilia multitudinis hei tresses & heis tressibus, cum sit singulare hoc tressis ab eo, sic deinceps ad centussis. Deinde numerus æs non significat: numeri, qui æs non significant usque a quattuor ad centum, tripliceis habent formas; quod dicuntur hei quattuor, hæ quattuor, hæc quattuor, cum perventum est ad mille, quartum adsumit singulare neutrum, quod dicitur hoc mille denarium, a quo multitudinis fit millia denaria (4). Quare quom ad analogias quod pertineat, non est, ut omnia similia dicantur, sed ut in suo quæque genere similiter declinentur, stulte quærun, cur as, & dupondius, & tressis non dicantur proportionem: cum as sit simplex, dupondius fictus, (5) quod duo asses pendebat, tressis ex tribus æris, quod sic pro assibus nonnumquam æs dicebant antiqui, a quo dicimus assem tenentes. Hoc ab ære, æneaque libra: & mille æris legasse: quare, quod a tressis usque ad centussis numeri ejusmodi sunt compositi; ejusmodi

habent similitudinem: dupondius, quod dissimilis est, ut debuit, dissimilem habet rationem. Sic as, quoniam simplex est, ac principium, & unum significat, & multitudinis habet suum infinitum: dicimus enim asses, quos cum finimus, dicimus dupondius, & tressis: & sic porro: videtur mihi, quoniam finitum & infinitum habeat, similitudinem non habere, utrumque item dici: eo magis, quod in ipseis vocabuleis ubi additur certus numerus, aliter atque in reliqueis dicitur. Nam sic loquuntur hoc mille denarium, non hoc mille denarii: & hæc duo millia denarium, non duo millia denarii. Si esset denarii in recto casu, atque infinitam multitudinem significaret, tunc in patrico denariorum dici oportebat: & non solum in denariis, victoriatis, drachmeis, nummeis, sed etiam in vireis idem servari oportere, cum dicimus iudicium fuisse triumvirum, decemvirum, non triumvirorum, decemvirorum. Numeri antiqui habent analogias, quod omnibus est una novenaria regula, duo actus, tres gradus, sex decuriæ; quæ omnia similiter inter se respondent, regulæ est numerus novenarius, quod ab uno novem cum pervenimus, rursus redimus ad unum, & hinc unum & nongenta ab una sunt natura novenaria, sic ab octonaria, & deorsum versus ad singularia perveniunt. Actus primus est ab uno ad nongenta: secundus a mille ad nongenta millia: quod idem valebat. unum, & mille; utrumque singulari numero appellant. Nam ut dicitur, hoc unum, hæc duo millia, & sic deinceps multitudinis: in duobus actibus reliqui omnes item numeri: gradus singularis est in utroque actu ab uno ad novem denarius gradus a decem ad nonaginta: centenarius ad nongenta, ita tribus gradibus sex decuriæ fiunt, tres milliariæ, & tres minores: antiqui heis numeris fuerunt contenti. Ad hos tertium & quartum actum a deciens minora imposuerunt vocabula, neque ratione, sed tamen non contra est eam, de qua scribimus, analogiam. Nam ut deciens cum dicitur, hoc deciens, ut hoc mille, hujus mille, ut sit utrumque sine casibus vocis, dicimus ut hoc mille, hujus mille, sic hoc deciens, hujus deciens; nec eo minus in altero, quod est mille, præponemus hei mille, horum mille. Quoniam in eo est nomen commune, quam vocant *διωνυμίων* obliqui casus: ab eodẽ capite ubi erit *διωνυμίων*, quo minus dissimiles fiant, analogia non prohibet. Itaque dicimus hic Argus, cum hominem dicimus; cum oppidum Græcè hoc Argos, Latine hei Argei item facimus: eadem vox nomen & verbum significabit, ut in casu, & in tempora dispariliter declinetur, ut faciamus a Meto, quod nomen est, Metonis. Metonem, quod verbum meto, metis, metam, metebam. Reprehendunt, cum ab eadem voce plura sunt vocabula declinata, & sunt, quas *συωνυμίων* appellant, ut Sappho, & Alcæus (6), & Alcæo, sic Geryon, & Geryones, & Geryonas: in hoc genere, quod casus perperam permutant quidam: non reprehendunt analogiam, sed qui eis utitur imperite: quod quisque caput pertenderit, sequi debet ejus consequentias casus in declinando; ac non facere, cum dixerit recto casu Alcæus, in obli-

(1) Quod nihili. (2) Ea ratio: Vel dele si.

(3) Decus. (4) Denarium.

(5) Dictus.

(6) Ut Alcæus.

ἀλλοτρίων ἀποδ. (1)



obliqueis dicere Alcæoni, & Alcæonem: quod si infiterit, & non (1) secutus erit analogias. Reprehendum (2) Aristarchum, quod hæc nomina Melicertes, & Philomedes similia neget esse, quod vocandei casus habet alter Melicerta, alter Philomede. Sic qui dicat lepus & lupus non esse simile, quod alterius vocandei casus sit lupe, alterius lepus. Sic focer, macer, quod in transitu fiat ab altero trisyllabum foceri, ab altero bisyllabum macri. De hoc, & si supra responsum est cum dixi de lana (3), heic quoque amplius adiiciam; similia non solum a facie dici, sed etiam ab aliqua conjuncta vi & potestate, quæ & oculis, & auribus latere soleat: itaque sæpe gemina facie mala negamus esse similia, si sapore sunt alio. Sic equos eadem facie nonnullos negamus esse simileis in nationes (4) ex procreante dissimileis. Itaque in hominibus emendeis, si natione alter est melior, emimus pluris: atque in heisce omnibus similitudines non sumimus tantum a figura, sed etiam aliunde, ut in equeis ætas, ut in heis cuiusmodi faciant pullos, ut in pomis, quo sint succo: si igitur idem sequitur in similitudine verborum quis reprehendus non est: quare dissimilitudinum discernendarum causa nonnumquam ut pronomen adsumitur, sic casum aliquem adsumi, ut in heis nemus, lepus, hic lepus, hoc nemus. Itaque differunt, ac dicuntur (5) heilepores, hæc nemora, sic aliud siquid adsumptum erit extrinsecus, quo similitudo penitus perspici possit: non enim erit remotum a natura: neque enim magnetes lapides duo inter se similes sint, nec ne, perspicere possis, nisi minutum extrinsecus prope apposueris ferrum, quod similes lapides similiter ducunt, dissimiliter dissimiles. Quod ad nominatum analogiam pertinet, ita declinatum arbitror, ut omnia, quæ dicuntur contra, ad respondendum ab heis sumi fontibus possit. Quod ad verborum rationem attinet, cum partes sint quattuor temporum, personarum, generum, divisionum; ex omni parte quoniam reprehendunt, ad singula respondebo. Primum quod ajunt analogias non servari in temporibus, cum dicant lego legi legam, & sic simile (6) alia; nam quæ sunt ut legeram (7) perfectum significare, duo reliqua legam, & lego inchoatum; injuria reprehendunt. Nam ex eodem genere, & divisione idem verbum, quod sumptum est, per tempora traduci potest: ut disceram disco discam, & eadem perfecti sic didiceram didici didicero; ex quo licet scire verborum rationem constare. Sed eos, qui trium temporum verba pronuntiare velint, scienter id facere scire licet. Item illos, qui reprehendunt, quod dicimus amor amabor amatus sum. Non enim debuisse in una serie unum verbum esse duplex, cum duo simplicia essent. Neque ex divisione, uniusmodi pene verba discrepant inter se. Nam infecta omnia simplicia similia sunt, & perfecta duplicia inter se paria in omnibus verbeis, ut heic, amabar, amor, amabor, amatus ero: quare item male dicunt ferio, feriam, percussi; quod est ordo feriam, ferio, feriebam, & item percussi percutio, percuciam. Sic deinceps in reliqueis tem-

poribus reprehendenti responderi potest. Similiter errant, qui dicunt ex utraque parte verba omnia commutare syllabas oportere, ut in heis pingo pungam pupugi, tundo tundam tucudi: dissimilia enim conferunt, verba infecta cum perfectis. Quod si infecta modo conferrent, omnia verbi principia incommutabilia viderentur; ut in heis, pungebam pingo pungam. Et contra ex utraque parte commutabilia, si perfecta ponerent, ut pupugeram, pupugi, pupugero. Item male conferunt, fui sum ero, quod fui est perfectum, cuius series sibi, ut debet, in omnibus personeis & formeis constat, quod est, fueram fui fuero, de infectis sum, quod nunc dicitur, dicebatur esum: & in omnibus personeis constabat, quod dicebatur esum es est, eram eraserat, ero eris erit: sic hujusmodi cetera servare analogiam videbis. Etiam hoc reprehendunt, quod quædam verba neque personas habent ternas, neque tempora terna: id imperite reprehendunt, ut si quis reprehendat naturam, quod non uniusmodi finxerit animaleis (8) omneis. Si enim natura non omnes formæ verborum terna habeant tempora, ternas personas: non habent totidem verborum divisiones: quare cum (9) imperamus naturæ, quod infecta solum habet, cum & præsentis, & absentis imperamus, fiunt terna, ut lege, legito, legat, perfectum enim imperat nemo, contra quæ sunt fatendæ, ut lego legis legit, novena fiunt verba infecti, novena perfecti. Quo circa non si genus cum genere discrepat, sed in suo quisque genere si quid deest, requirendum: ad hæc addita si erunt ea, quæ de nominativeis supra sunt dicta, facilius omnia solventur. Nam ut illic extremum caput rectos casus, sic heic in forma est persona ejus, qui loquitur, & tempus præsens, ut scribo, lego: quare ut illic fit, sic heic item acciderit in formula, ut aut caput non sit, aut ex alieno genere sint proportionem eadem, quæ illic dicimus, cur nihilominus servetur analogia; item sicut illic caput suum habebit, & in obliqueis casibus transitio erit in aliquam formulam, qua adsumpta reliqua facilius possunt videri verba unde sint declinata. Fit enim ut rectus nonnumquam sit ambiguus, ut in hoc verbo volo, quod id duo significat unum, a voluntate, alterum a volando. Itaque a volo intellegimus & volare, & velle. Quidam reprehendunt, quod pluit, & luit dicamus in præterito, & præsentis tempore, cum analogiæ sui cuiusque temporis verba debeant discriminare; falluntur, nam est, ac putant, aliter, quod in præteriteis V dicimus longum luit, pluit, in præsentis breve luit, pluit. Ideoque in venditionis lege fundi ruta casa ita dicimus, ut V producamus. Item reprehendunt quidam, quod putant idem esse sacrifico, & sacrifico res (10), lavat & lavatur, quod fit an non, nihil commovet analogiam, dum sacrificat [11], qui dicat, servet sacrificabo, & sic per totam formam, nec dicat sacrificandus, aut sacrificatus sum: hæc enim inter se non conveniunt: apud Plautum cum dicit: Pisceis ego credo, qui usque dum vivunt, adlavant (12), diu minus lavari, quam hæc lavat Phroneium: adla-

Tom. VII.

[1] Dele. (2) Reprehendunt.

(3) Lucerna. (4) Locus mendosus.

(5) Discedunt, ac diducuntur. (6) Mille.

N n n

vant

(7) Legi. (8) Animanteis. (9) Quare cur.

(10) Sacrificor. (11) Sacrifico. (12) Lavant.

Plaut. in Trucul. (13) Ad lavant.

vant (1) lavari non convenit, ut T, sit postremum, sed R, ut lavantur, analogia adlavari reddit, quod Plauti, aut librarii mendum fuit: si est, non ideo analogia; sed qui scripsit, est reprehendus: omnino & lavant, & lavantur dicitur separatim recte in rebus certis: quod puerum nutrix lavat, puer a nutrice lavatur nos in balneis & lavamus, & lavamur. Sed consuetudo alterutrum cum satis haberet, in toto corpore potius utimur lavamur, in partibus lavamus: quod dicimus lavo manus, sic pedes, & cetera. Quare & in balneis non recte dicunt lavi, lavi manus recte: sed quoniam in balneis labor, lavatus sum, sequitur: ut contra, quoniam est soleo, oportet dici solvi, ut Cato, & Ennius scribunt, non ut dicit vulgus solutus sum debere dici: neque propter hæc, quod hæc quoque discrepant in sermone pauca, minus est analogia, ut supra dictum est. Item cur non sit analogia, adferunt, quod a similibus similia non declinantur, ut ab dolo, & colo; ab altero enim dicitur dolavi, ab altero colui. In quibus adsumi solet aliquid, quo facilius reliqua dicantur, ut in Myrmecidis operibus minuteis solet fieri: igitur in verbeis temporalibus quom similitudo sæpe sit confusa, ut discerni nequeat, nisi transferis in aliam personam, aut in tempus, quæ præposita sunt, nosse, similia intelleguntur, cum transitum est in aliam personam, quod alterum est dolas, alterum colis. Itaque in reliqua forma verborum suam uterque sequitur formam, utrum in secunda (2) forma verborum temporale habeat in extrema syllaba A S, ac si ad discernendas dissimilitudines interest; quo circa quare ibi potius index analogiæ, quam in prima? quod ibi abstrusa est dissimilitudo, ut apparet in heis meo, neo, veho, ab heis enim dissimilia fiunt transitu: quod sic dicuntur, meas, nes, vehis, quorum unumquodque suas conservat similitudinis formas. Analogiam item de heis, quæ appellantur participia, reprehendunt multa (3) injuria. Nam non debent duci terna a singuleis verbeis, amaturus, amans, amatus, quod est ab amo amans & amaturus: ab amor amatus. Illud analogia quod præstare debet, in suo quidque genere habet casus, ut amatus amato amati, & sic in mulieribus, amata amata: item amaturus ejus modi habet declinationes: amans paulo aliter, quod hoc genus omnia sunt in suo genere similia proportionem: sic virilia & muliebria sunt eadem. De eo, quod in priore libro extremum est, ideo non est analogia; quod, qui de ea scripserint, aut inter se non conveniant, aut in quibus conveniant, ea cum consuetudinis discrepant verbeis utcumque. Sic enim omnes repudiandum est arteis; quod in medicina, & in musica, & in aliis multis discrepant scriptores: item in quibus conveniunt, ut scripteis, sic etiam re repudiant (4): nam (5) quod ita dicitur, non sit ars, sed artifex reprehendus, qui debet in scribendo non vidisse verum: non ideo non posse scribi verum: qui dicit hoc monti, & hoc fonti: cum alii dicant hoc monte & hoc fonte; sic alia: quæ duobus modis dicuntur; cum alterum sit verum, alterum falsum non uter peccat tollit analogias, sed uter re-

æ dicit, confirmat: & quemadmodum is, qui cum peccat in heis verbeis, ubi duobus modis dicuntur, non tollit rationem, cum sequitur falsum: sic etiam in heis, quæ non duobus dicuntur, si quis aliter putat dici oportere, atque oportet, non scientiam tollit orationis, sed suam incitiam denudat. Quibus rebus solvi arbitraremur posse, quæ dicta sunt priore libro contra analogiam, ut porui brevi percurri. Ex quibus si id confecerint, quod volunt, ut in lingua Latina esset anomalia; tamen nihil egissent: ideo, quod in omnibus partibus mundi utraque natura inest; quod alia inter se, alia sunt sicut in animalibus dissimilia ut equus, bos, ovis, homo, item alia in unoquoque horum genere inter se similia innumerabilia. Item in piscibus dissimilis muræna lupo, heis soleæ, hæc muræna (6), & mustellæ, sic alii (7); ut major ille numerus sit similitudinum earum, quæ sunt separatim in muræneis, separatim in aselleis, sic in generibus aliis. Quare cum in inclinationibus verborum numerus sit magnus a dissimilibus verbeis ortus, quod etiam vel major est, in quibus similitudines reperiuntur; confitendum est esse analogias. Itemque cum ea non multo minus, quam in omnibus verbeis patitur uti consuetudo communis; fatendum illud, quodammodo analogiam sequi nos debere universos, singulos autem, præterquam in quibus verbeis offensura sit consuetudo communis: quod ut dixi, aliud debet præstare populus, aliud e populo singuli homines. Neque id mirum est, cum singuli quoque non sint eodem jure: nam liberius potest posita, quam orator sequi analogias. Quare, cum hic liber id, quod pollicitus est demonstraturum, absolverit, faciam finem; proximo deinceps de declinationum verborum forma scribam.

## LIBER IX.

**I**N verborum declinationibus disciplina loquendi dissimilitudinem, an similitudinem sequi deberet, multi quærent. Cum ab heis ratio, quæ a similitudine oriretur, vocaretur analogia, reliqua pars appellaretur anomalia: de qua re primo libro, quæ dicerentur, cur dissimilitudinem ducem habere oporteret, dixi. Secundo contra; quæ dicerentur, cur potius similitudinem conveniret præponi, quarum rerum, quod nec fundamenta, ut debuit posita ab ullo, neque ordo, ac natura ut res postulat, explicata, ipse ejus rei formam exponam. Dicam de quattuor rebus, quæ continentur declinationibus verborum: quid sit simile, ac dissimile; quid ratio, quam appellant λόγον; quid proportio, quod dicunt ἀνάλογον; quid consuetudo: quæ explicatæ declarabunt analogiam & anomalam, unde sit, quid sit, cujusmodi sit. De similitudine & dissimilitudine deo primum dicendum, quod ea res est fundamentum omnium declinationum, ac continet rationes verborum. Simile est, quod res plerasque: videtur habere easdem, quas illud cujusque (8) simile. Dissimile est, quod videtur esse contrarium hujus: minimum ex duobus constat omne simile, item dissimile: quod nihil potest esse simile, quin alicujus sit simile: item nihil dicitur dissimile, quin addatur quojus id sit dissimile: sic dicitur similis homo homini, equus equo;

(1) Adlavant. (2) Locus mendosus.  
[3] Multi. (4) Pugnans. (5) Natura.

(6) Heis muræna. (7) Sic alii.  
(8) Cujus est.

equo; & dissimilis homo equo: nam similis est homo homini, ideo quod easdem figuras membrorum habent, quæ eos dividunt ab reliquorum animalium specie: in ipsis hominibus simili de causa vir viro similior, quam vir mulieri, quod plures habent easdem partes; & sic senior seni (1) similior, quam puero. Eo porro similiores sunt, qui facie quoque pene eadem, habitu corporis simili. Itaque qui plura habent eadem, dicuntur similiores; qui proxime accedunt ad id, ut omnia habeant eadem; vocantur gemini similibus. Sunt, qui tres naturas rerum putent esse; simile, dissimile, neutrum, quod alias vocetur non simile, alias non dissimile. Sed quamvis tria sint; simile, dissimile neutrum; tamen potest dividi etiam in duas partes, sic: quodcumque conferas (2), aut simile esse, aut non esse: simile esse, & dissimile, si videatur: esse, ut dixi, neutrum; si in neutram partem præponderet ut, si duæ res, quæ conferuntur vicinas habent partes, & in his denas habeant easdem, denas alias ad similitudinem & dissimilitudinem æque animadvertendas: hanc naturam plerique subiiciunt sub dissimilitudinis nomen. Quare quoniam fit, ut potius de vocabulo, quam de re controversia esse videatur; illud est potius advertendum, cum simile esse dicitur quid, cui parti simile dicatur esse: in hoc enim solet esse error, quod potest fieri: ut homo homini simile sit, & non sit, ut multas partes habeat simileis: & ideo dici possit simileis habere oculos, manus, pedes, sic alias res separatim, & una plures. Itaque, quod diligenter videndum est in verbis, quas partes, & quot modis oporteat ut simileis dicantur, ut infra apparebit; is locus maxime lubricus est. Quid enim similis potest videri indiligenti, quam duo verba hæ, suis, & suis? quæ non sunt: quod alterum significat suere, alterum suem. Itaque similia esse vocibus, ac syllabeis confitemur, dissimilia esse partibus orationis videmus; quod alterum habet tempora, alterum casus, quæ duæ res vel maxime discernunt analogias. Item; propinquiora genere inter se verba similem sæpe pariunt errorem, ut in hoc, quod nemus, & lepus videntur esse simile, quod utrumque habuerit eundem casum rectum; sed non est simile, quod eis certæ similitudines opus sunt, in quo est, ut in genere nominum sint eodem: quod in his non est: nam in virili genere est lepus, & neutro nemus; dicitur enim hic lepus, & hoc nemus: si ejusdem generis essent, utrique præponeretur idem, ac diceretur, aut hic lepus, & hic nemus, aut hoc lepus, & hoc nemus: quare, quæ & cujusmodi sunt genera similitudinum ad hanc rem, percipiendum ei, qui declinationes verborum proportionem sintne, quæret. Locum hunc, quod est difficilis, qui de his rebus scripserunt, aut vitaverunt, aut inceperunt, neque adsequi potuerunt; itaque in eo dissentio, neque ea uniusmodi apparet: nam alii de omnibus univertis discriminibus posuerunt numerum, ut Dionysius Sidonius, qui scripsit eas esse septuaginta unam: alii partes ejus, quæ habent casus: cujus eadem hic cum dicat esse discrimina quadraginta septem. Aristoteles rettulit in litteras quattuordecim, Nestocles Parmeniscus in litteras

octo; sic alii pauciora, aut plura: quarum similitudinum, si esset origo recte capta, & inde orsa ratio, minus erraret in declinationibus verborum: quarum ego principia prima duorum generum sola arbitror esse, ad quæ similitudines exigere oporteat: e quibus unum positum in verborum materia, alterum ut in materis figura, quæ ex declinatione sit. Nam debet esse unum, ut verbum verbo, unde declinetur, sit simile: alterum ut e verbo in verbum declinatio, ad quam conferatur, ejusdem modi sit: alias enim a similibus verbis similiter declinantur, ut ab herus ferus, hero fero: alias dissimiliter herus ferus, heri ferum, cum utrumque & verbum verbo erit simile, & declinatio declinationi; tum denique dicam esse similem, ac duplicem, & perfectam similitudinem habere id, quod postulat analogia. Sed ne astutius videar posuisse duo genera esse similitudinum sola, cum utriusque inferiores species sint plures; si de his reticero, ut mihi relinquam laterbras, repetam ab origine similitudineis, quæ conferendis verbis, & inclinandis sequendæ, aut vitandæ sint. Prima divisio in oratione, quod alia verba nusquam declinantur, ut hæc vix, mox; alia declinantur, ut a limo limabo, a fero ferebam: & cum nisi in his verbis, quæ declinantur, non possit esse analogia, qui dicit simile esse mox, & nox, errat; quod non est ejusdem generis utrumque verbum; cum nox succedere debeat sub casuum ratione, mox neque debeat, neque possit. Secunda divisio est de his verbis, quæ declinari possunt, quod alia sunt a voluntate, alia a natura. Voluntatem appello, cum unusquisque a nomine alio imponit nomen, ut Romulus Roma. Naturam dico, cum universi acceptum nomen ab eo, qui imponit, non requirimus, quemadmodum id velit declinari, sed ipsi declinamus, ut hujus Romæ, hanc Romam. De his duabus partibus voluntaria declinatio refertur ad consuetudinem, naturalis ad rationem. Quare proinde, ac simile, conferri non oportet, ac dicere, ut sit, a Roma Romanus, sic ex Capua dici oportere Capuanus, quod in consuetudine vehementer nutat (3); quod declinantes imperite rebus nomina imponunt a quibus cum accepit consuetudo, turbulenta necesse est dicere: itaque neque Aristarchus, neque alii in analogiis defendendam ejus susceperunt causam. Sed, ut dixi, hoc genere declinatio in communi consuetudine verborum ægrotat, & languescit; quod oritur e populi multiplici imperio: itaque in hoc genere in loquendo magis anomalia, quam analogia. Tertia divisio est, quæ verba declinat a natura: ea dividitur in partes quattuor. In unam primam, videlicet, quæ habet casus, neque tempora habet, ut docilis, facilis: in alteram, quæ tempora habet, neque casus, ut docet, facit: in tertiam, quæ utraque habet, ut docens, faciens: in quartam quæ neutrum, ut docte. Ex hac divisione singulis partibus tres reliquere dissimiles. Quare nisi in sua parte inter se collata erunt verba, si non conveniunt, non erit ita simile, ut debeat facere idem: in articulis vix adumbrata est analogia: & magis vocum, quam rerum: in nominibus magis expressa: ac plus etiam in vocibus, ac similitudinibus,

(1) Senis seni. (2) Quodcumque conferas, aut simile esse, aut non esse: simile esse, & dis-

quam simile, si videatur: esse, ut dixi, neutrum, si in neutram partem præponderes. (3) Ægrotat.

quam in rebus suam optinet rationem : etiam illud accedit , in articulis habere analogias ostendere sit difficile , quod singula sint verba , heic contra facile , quod magna sit copia similium nominum (1). Quare non tam hanc partem ab illa dividendum , quam illud videndum , ut satis sit verendum , etiam illam in eandem harenam vocare pugnatum . Ut in articulis duæ partes finitæ , & infinitæ : sic in vocabulis duæ , vocabulum , & nomen . Non enim idem , oppidum , & Roma ; cum oppidum sit vocabulum , Roma nomen : quorum discrimen in his reddendis rationibus alii discernunt , alii non : nos sicubi opus fuerit , quid sit , & cur , adscribimus unicuique partes : quoniam species plures , de singulis dicam . Prima pars causalis dividitur in partes duas , in nominativum , scilicet , quod finitum & infinitum est ut hic , & quis : de his generibus duobus utrum sumptis , cum reliquo non conferendum , quod inter se dissimiles habeant analogias , nominatus ut similis sit nominatus , habere debet , ut sit eodem genere , specie eadem , sic casu , exitu : & genere , ut si nomen est , quod conferas , sit nomen : specie simile , ut non solum , sed utrumque sit virile : casu simile , ut si alterum sit dandei , item alterum sit dandei , quo cum conferas : exitu , ut quas unum habeat extremas litteras , eandem alterum habeat . Ad hunc quadruplicem fontem ordines diriguntur bini ; uni transversi , alteri directi , ut in tabula solet , in qua latrunculis ludunt . Transversi sunt , qui a recto casu obliqui declinantur , ut albus albi albo ; directi sunt , qui a recto casu in rectos declinantur , ut albus alba album : utriusque sunt partibus senes . Transversorum ordinum partes appellantur casus , directorum genera ; utriusque inter se implicatis , forma . Dicam prius de transverseis . Casuum vocabula alius alio modo appellavit : nos dicemus , qui nominandei causa dicitur , nominandei ; vel nominativum \* \* \* \* . & scopæ dicitur una

\* De-  
sunt pagi-  
ne tres.

scopa ; aliter enim natura , quod priora simplicibus , posteriora conjunctis rebus vocabula ponuntur : sic bigæ , sic quadrigæ a conjunctu dicitur : itaque non dicitur , ut hæc una , lata , & alba ; sic una biga , sed unæ bigæ : neque ut dicitur , ut hæc duæ lata alba , sic hæc duæ bigæ , & quadrigæ . Item figura verbi qualis sit refert , quod in figura vocis alias commutatio sit in uno verbo in medio , ut curso cursito ; alias in extremo , ut doceo docui ; alias communis ut lego legi . Refert igitur , ex quibus littereis quodque verbum constet , maxime extrema , quod ea in plerisque commutantur : quare , in his quoque partibus similitudines ab aliis male , ab aliis bene ; quod solent sumi in casibus conferendis recte , an perperam videndum : sed ubicumque commoventur litteræ , non solum hæc sunt animadvertendæ , sed etiam quæ proximæ sunt , neque moventur : hæc enim vicinitas aliquantum potest in verborum declinationibus : in quibus figureis non ea similia dicemus , quæ simileis res significant ; sed quæ ea forma sint , ut ejusmodi res similia ex instituto significare plerumque soleant : ut tunicam virilem , & muliebrem , dicimus non eam , quam habet vir , aut mulier ; sed quam habere ex instituto debet : potest enim muliebrem vir , virilem mulier

habere ; ut in scena ab actoribus haberi videmus ; sed eam dicimus muliebrem , quæ de eo genere est , quo indutu mulieres , ut uterentur , est institutum : ut actor stolam muliebrem sic Perperna , & Cæcina , & Purpurina (2) figura muliebria dicuntur habere nomina , non mulierum . Flexuræ quoque similitudo videnda ideo , quod alia verba quam vim habeant , ex his verbis , unde declinantur , apparet , ut quemadmodum oporteat : ut a prætor consul , prætori consuli . Alia ex transitu intelleguntur , ut focer macer ; quod alterum sit focerum , alterum macrum : quorum utrumque in reliquis a transitu suam viam sequitur & in singularibus , & in multitudinis declinationibus : hoc fit ideo , quod naturarum genera sunt duo , quæ inter se conferri possunt : unum , quod per se videri potest , ut homo & equus : alterum sine adsumpta aliqua re extrinsecus percipi non possit , ut eques , & equito : utrumque enim dicitur ab equo : quare hominem homini similem esse , aut non esse ; si contuleris ex his ipseis homini animadvertendis scies . Ac duo inter se similiterne sint longiores , quam sint eorum fratres , dicere non possis , si illis breviores , cum quibus conferuntur , quam longi sint ignorentur : sic latiorum , atque altiorum , item cetera ejusdem generis sine adsumpto extrinsecus aliquo percipi similitudines non possunt . Sic igitur quidam casus , quod ex hoc genere sunt , non facile est dicere similes esse , si eorum singulorum solum animadvertas voces , nisi adsumptis alterum , quo flectitur in transeundo vox . Quod ad nominativum similitudines animadvertendas arbitratus sum satis esse augere (3) , hæc sunt . Relinquitur de articulis , in quibus quædam eadem , quædam alia . De quinque enim generibus duo prima habent eadem , quod sunt & virilia , & muliebria , & neutra ; & quod alia sunt , ut significant unum , alia ut plura ; & de casibus , quos habent quinos : nam vocandei voce notatus non est : proprium illud habent , quod partim sint finita , ut hic & hæc ; partim infinita , ut quis & quæ ; quorum , quod adumbrata , & tenuis analogia ; in hoc libro plura dicere non necesse est . Secundum genus , quæ verba tempora habent , neque casus , sed habent personas , eorum declinativum species sunt sex . Una , quæ dicitur temporalis , ut legbam , gemebam ; lego , gemo . Altera personarum , ut sero , meto ; seris , metis . Tertia rogandei , ut scribone , legone ; scribisne , legisne ? Quarta respondendei , ut fingo , pingo ; fingis , pingis . Quinta optandei , ut dicerem , facerem ; dicam , faciam . Sexta imperandei , ut cape , rape ; capito , rapito . Item sunt declinativum species quattuor , quæ tempora habent sine personis in rogando , ut foditurne ? feriturne ? & foditurne ? feriturne ? ab respondendei specie eadem figuræ sunt extremeis syllabeis demptis : optandei species , ut vivatur , ametur , viveretur , amaretur . Imperandei declinatus finitæ , habet dubitationem : & earum finitæ hæc ratio , paratur , pugnetur ; parari , & pugnari . Accedunt ad has species a copuleis divisionum quadrineis ; ab infecti , & perfecti , emo , edo ; emi , edi : a semel & sæpius ut lego , scribo ; lectitavi , scriptitavi : faciendei , & patiendei , ut uro , ungo ; uror , ungor . A singulari &

(1) *Nominativum.* (2) *Spurina.*

[3] *Tangere.*

& multitudinis, ut laudo, culpo; laudamus, culpamus: hujus generis verborum, cujus species exposui quam late quidque pateat, & cujusmodi efficiat figuras, in libris, qui de formuleis verborum erunt, diligentius expeditur. Tertii generis quæ declinantur cum temporibus & casibus ac vocantur a multis ideo participalia hoc est gerundi\*\*\*, quemadmodum declinamus, quarimus casus ejus, etiam si is, qui finxit poeta aliquod vocabulum, & ab eo casu ipse aliquem perperam declinavit, potius eum reprehendimus, quam sequimur. Igitur ratio, quam dico, utrobique est & in his verbis, quæ imponuntur; & in his, quæ declinantur: neque non etiam tertia illa, quæ ex utroque miscetur genere, quarum unaquæque ratio conlata cum altera, aut similis, aut dissimilis, aut sæpe verba alia, ratio eadem; & nonnumquam ratio alia, verba eadem. Quæ ratio in amor, amoris, eadem in dolor, doloris; neque eadem in dolor, dolorem: & cum eadem ratio, quæ est in amor & amoris, fit in amores & amorum, tamen ea, quod non in ea, quæ oportet, confertur materia, per se solum efficere non potest analogias, propter disparilitatem vocis figurarum: quod verbum copulatum singulare cum multitudine: ita cum est proportione, ut eandem habeat rationem; tum denique, ea ratio conficit id, quod postulat analogia, de qua deinceps dicam. Sequitur tertius locus, quæ sit ratio, & proportio, quæ a Græcis vocatur ἀναλογον; hinc dicta analogia. Ex eodem genere: quæ res inter se aliqua parte dissimiles, rationem habent aliquam, si ad eas duas alteræ res duæ conlatæ sunt, quæ rationem habeant eandem; quod ea verba bina habent eundem λόγον, dicitur utrumque separatim analogon; simul conlata quattuor, analogia. Nam ut in gemineis cum simile dicimus esse Menahemum Menahemo, de uno dicimus cum similitudinem esse in his, de utroque videatur: sic cum dicimus eandem rationem habere assem ad semissem, quam habet in argento libella ad sembellam, quid sit analogon, ostendimus; cum utrobique dicimus, & in ære, & argento esse eandem rationem: cum dicimus de analogia, ut sodalis, & sodalitas, civis & civitas, non est idem; sed utrumque ab eodem, ac conjunctum: sic analogon, & analogia idem non est, sed item (1) est congeneratum. Quare, si homines substuleris, sodales substuleris, si sodales sodalitem. Sic item si substuleris λόγον, substuleris analogon; si id, analogiam: quæ cum inter se tanta sint cognatione, debet subtilius audiri, quam dici expectare; id est, cum dixerò quid de utroque, & erit commune, expectes, dum ego in scribendo transferam in reliquum. Sed ut potius tu persequere animo, hæc sunt in dissimilibus rebus: ut in numeris, si contuleris cum uno duo, sic cum decem viginti. Nam quam rationem duo ad unum habent, eandem habent viginti ad decem. In numeris in similibus, sic est ad unum victoriatum denarius, sicut ad alterum victoriatum alter denarius. Sic item in aliis rebus omnibus pro portione dicuntur, in quo est: sic quadruplex natura, ut in progenie, ut est filius ad patrem; sic est filia ad matrem, & ut est in temporibus meridies ad diem, sic media nox ad

noctem: hoc poetæ genere in similitudinibus utuntur: multum hoc acutissime geometræ: hoc in oratione diligentius, quam alii ab Aristarcho grammatici, ut cum dicunt proportione similia esse amorem amoris, dolorem dolori. Cum item dissimile esse videant amorem dolori, quod est alio casu; item dolorem dolori: sed dicunt, quod a similibus nonnumquam rationes habent implicatas duas, ut fit una directæ, altera transversæ: quod dico, apertius sic fiet. Esto sic expositos esse numeros, ut in primo versu sit unum duo quattuor; in secundo decem viginti quadraginta; in tertio centum ducenta quadringenta. In hac formula numerorum duo inerunt, quos dixi λόγους, qui diversas faciunt analogias: unus duplex, qui est in obliqueis versibus, quod est unus ad duo, sic duo ad quattuor: alter decemplex in directeis ordinibus, quod est unus ad decem sic decem ad centum. Similiter in verborum declinationibus est bivium, quod ab recto casu in recto: ita ut formulam similiter efficiant; quod sit primo versu hic albus, huic albo, hujus albi. Secundo hæc alba, huic albæ, hujus albæ. Tertio hoc album, huic albo, hujus albi. Itaque fiunt per obliquas declinationes ex his analogiæ hoc genus. \* \* \* \* albius atrius, albio atrio: per directas declinationes albius, atrius; albia atria: quæ scilicet erit particula ex illa vicenaria (2) tria, quæ scilicet centenaria formula analogiarum, de qua supra dixi: analogia, quæ dicitur; ejus genera sunt duo. Unum dijectum sic est, ut unum ad duo, sic decem ad viginti: alterum conjunctum sicut est unum, ad duo; sic duo ad quattuor: in hoc quod duo bis dicuntur, & tum conferimus ad unum, & tum cum quattuor. Hoc quoque, natura dicitur quadruplex: sic a septem chordeis citharæ, tamen duo dicuntur habere tetrachorda; quod quemadmodum crepat prima ad quartam chordam, sic quarta ad septimam respondet: media est alterius prima, alterius extrema. Medici, in ægroteis septimos dies qui observant quarto die, ideo diligentius signa morbi advertunt, quod quam rationem habuit primus dies ad quartum, eandem prælagit habiturum, qui est futurus ab eo quartus, & qui est septimus a primo: quadruplices dejectæ sunt in casibus vocabulorum, ut rex regi. Conjunctæ sunt triplices in verborum tribus temporibus, ut legebam lego legam: quod quam rationem habet legebam ad lego, hanc habet lego ad legam: in hoc fere omnes homines peccant, quod perperam tribus temporibus hæc adiiciunt, cum proportione volunt pronuntiare. Nam cum sint verba alia infecta, ut lego & legis, alia perfecta, ut legi, & legisti; & debeant sui cujusque generis in conjungendo copulari: & cum recte sit ideo lego ad legebam: non recte est lego ad legi: quod legi significat, quid perfectum, ut hoc, tutudi, pupugi; tundo, pungo; tundam, pungam: item necatus sum, verberatus sum; necabor, verberabor. Injuria reprehendunt, quod infecti inter se similia sunt, & perfecti inter se, ut tundebam, tundo, tundam; & tuderam, tutudi, tutudero. Sic amabar, amor, amabor; & amatus eram, amatus sum, amatus ero. Itaque reprehendunt, qui contra analogias dicunt, cur dispariliter in tribus temporibus dicantur quædam

\* De-  
sunt pagi-  
ne pres.

\* De-  
sunt quæ-  
dam.

(1) Idem.

(2) Ducenaria.

dam verba natura, cum quadruplex sit natura analogia: id nonnumquam, ut dixi, pauciores videtur habere partes, sic etiam alias plureis: ut cum est, quemadmodum ad tria unum & duo, sic ad sex duo & quattuor, quæ tamen quadripartita comprehenditur forma, quod bina ad singula conferuntur, quod in oratione quoque nonnumquam reperietur. Sicut Diomedes confertur Diomedibus, sic dicitur ab Hercules Herculis: & ut hæc heic ab uno capite a recto casu in duos obliquos descendunt casus; sic contra multa a duobus capitibus recti casuum confluent in obliquum unum. Nam ut ab heis recteis heic Boebiei, hæc Boebia, fit heis Boebieis, sic est ab heis heic Coeliei, hæc Coelie, heis Coelieis. A duobus similibus similiter declinantur: ut fit in heis, nemus, olus, nemora, olera. Alia a dissimilibus similiter declinantur: ut in articulis ab hic, iste; hunc, istum. Analogia fundamenta habet, aut a voluntate hominum, aut a natura verborum, aut re utraque: voluntatem dico, impositionem vocabulorum; naturam, declinationem vocabulorum, quo decurritur sine doctrina: qui impositionem sequetur, dicet: si simile in recto casu dolus, & malus; fore in obliquo dolo, & malo: si naturam sequetur, si sit simile in obliqueis Marco, Quinto, fore ut sit Marcum, Quintum: qui utrumque sequetur, dicet, si sit similis transitus, ut est in servus serve, fore ut sit item in cervus cervice. Commune omnium est, ut quattuor figuras (1) vocis habeat proportionem declinatus. Primum genus est ortum ab similitudine in recteis casibus. Secundum ab similitudine, quæ est in obliqueis. Tertium a similitudine, quæ est in transitibus de casu in casum. Primo genere ab imposito ad naturam proficiscuntur: in secundo contra: in tertio ab utroque. Quo circa etiam hoc tertium potest bifariam divisum esse, tertium, & quartum dici, quod in eo ut profas, & rosas potest dici, qui initia faciet analogiæ, impositiones ab heis obliquas figuras declinare habebit, qui naturam, contra: qui ab utraque reliquis declinationes, ab huiusmodi transitibus. Impositio est in nostro dominatu, nos in natura: quemadmodum enim quisque vult, imponit nomen; at declinat, quemadmodum vult natura. Sed quoniam duobus modis imponitur vocabulum, aut re singulari, aut multitudine: singulari, ut cicer; multitudinis, ut scalæ. Nec dubium est, quin ordo declinatum, in quo res singulares declinantur, solæ ab singulari aliquo casu proficiscantur, ut cicer ciceri ciceris: item contra in eo ordine, qui multitudinis erit solum, quin a multitudinis aliquo casu ordiri conveniat, ut scalæ scaleis scalas. Aliud videndum est, cum duplex natura copulata, ac declinatum bini fiant ordines, ut est Mars Martis. Unde autem ratio analogiæ debuit ordiri, utrum ab singulari re in multitudinem, an contra? neque enim si natura ab uno ad duo pervenit; idcirco non potest amplius esse in docendo posterius, ut inde incipias, ut quod sit prius ostendas. Itaque illi, qui de omni natura disputant, atque ideo vocantur physici, tamen ex heis ab universa natura profecti, retroque esse principia mundi ostendunt. Oratio cum ex littereis constat, tamen eam (2) grammatici littereis ostenderunt, quare in demor-

strando, quoniam potius profecisse oportet ab eo, quod apertius est, quam ab eo, quod prius est, & potius ab incorrupto principio, ab natura rerum, quam ab libidine hominum: & hæc tria, quæ sequenda magis sunt, minus sunt in singularibus, quam in multitudine, commodius potest ordiri: quod in heis principis minus orationis verbis fingendis, verborum forma, facilius singularia videri posse, quam ex singularibus multitudinis: hæc ostendunt trabes trabs, duces dux: videmus enim ex heis verbis trabes; duces, de extrema syllaba E litteram exclusam, & ideo in singulari factum esse trabs, dux. Contra ex singularibus non tam videmus, quemadmodum facta sint ex B, & S trabs, ex C & S dux. Si similitudinis rectus casus forte figura corrupta erit, id quod accidit raro, prius id corrigemus, quam inde ordiemur: obliqueis adsumere oportere figuras eas, quæ non erunt ambiguae, sive singulares, sive multitudinis; ex quibus id cuiusmodi debent esse, perspici possint: nam numquam alterum ex altero videtur, ut Chrysippus scribit, quemadmodum pater ex filio, & filius ex patre; neque minus in fornicibus propter sinistram dextra stat, quam propter dextram sinistra; quapropter, ut ex recteis casibus obliqui, & ex obliqueis recti, & ex singularibus multitudines, & ex multitudinis singulares nonnumquam recuperari (3) possunt: principium id potissimum sequi debemus, ut in eo fundamentum sit in natura, quod in declinationibus ibi facilius ratio: facile enim est animadvertere peccatum magis cadere posse in impositiones eas quæ sunt plerumque in recteis casibus singularibus: quod homines imperiti, & dispersi vocabula rebus imponunt, quocumque eos libido invitavit: natura incorrupta est plerumque suapte sponte, nisi qui eam usu incio depravit. Quare si quis principium analogiæ potius posuerit in naturalibus casibus, quam in impositivis, non multa in consuetudine occurrent: & ut a natura libido humana corrigitur, non ab libidine natura; quod, qui impositionem sequi voluerint, facient contra; sin a singulari quis potius proficisci volet, id illum facere oportebit ab sexto casu, qui est proprius. Latineis enim non est casus alius. Heis litterarum discrimenibus facilius reliquorum varietatem discere poterit; quod ii habent exitus aut in A, ut ab hac terra, aut in E, ut ab hac lance: aut in I, ut ab hoc levi: aut in O, ut ab hoc cælo: aut in V, ut ab hoc versu. Igitur ad demonstrandas declinationes biceps una hæc. Sed quoniam ubi analogia tria, unum quod in rebus, alterum quod in vocibus, tertium quod in utroque: duo priora simplicia, tertium duplex; animadvertendum hæc, quam inter se habeant rationem. Primum ea, quæ sunt discrimina in rebus, partim sunt quæ ad orationem non attingunt, partim quæ pertineant. Non pertinent, ut ea, quæ observant in ædificiis, & signis faciendis, ceterisque rebus artifices, e quibus vocantur aliæ harmonicæ; sic item aliæ nominibus aliis: sed nulla harum fit loquendo pars ad orationem. Quare pertinent res, eæ sunt, quæ verbis dicuntur proportionem, neque a similitudine quoque vocum declinatus habent, ut Juppiter Marspiter, Jovi Marti. Hæc enim genera nominum, & numero,

[1] *Figura.* (2) *De ea.*(3) *Reputari.*

ro, & casibus similia sunt, proportionem: similia inter se, quod utraque nomina sunt, & virilia sunt, & singularia, & casu nominandi & dandi. Alterum genus vocale est, in quo voces modo sunt proportionem similes, non res: ut biga, bigæ; nuptia, nuptiæ. Neque enim in his res singularis subest una, cum dicitur biga quadriga: neque ab his vocibus, quæ declinata sunt, multitudinis significant quidquam. Ideo quod omnia multitudinis, quæ declinantur ab uno, ut a merula merulæ, sunt ejusmodi, ut singulari subjungantur: sic merulæ duæ, caculæ tres, faculæ quattuor. Quare cum idem non possit subjungi: cum dicimus unæ bigæ, quadrigæ duæ, nuptiæ tres; sed pro eo unæ bigæ, binæ quadrigæ, trinæ nuptiæ; apparet non esse biga, & quadriga; & bigæ, & quadrigæ: sed ut est hujus ordinis una duæ tres, principium una: sic in hoc ordine altero, unæ binæ trinæ, principium est unæ. Tertium genus est illud duplex, quod dixi, in quo & res, & voces similiter proportionem dicuntur, ut bonus malus, boni mali: de quorum analogia & Aristophanes, & alii scripserunt. Etenim hæc denique perfecta, ut in oratione illæ duæ simplices inchoatæ analogiæ: de quibus tamen separatim dicam, quod his quoque utimur in loquendo. Sed prius de perfecta, in qua & res, & voces quadam similitudine continentur: cujus genera sunt tria, unum vernaculum, ac domi natum, alterum adventitium, tertium nothum ex peregrino heic natum: vernaculum est, ut futor, & pistor; futuri, & pistori. Adventitium est, ut Hæctores, Nestores; Hæctoras Nestoras. Tertium illud nothum, ut Achilles & Peleus de (1) genere multi utuntur, non modo poetæ, sed etiam plerique: hæc primo omnes, qui soluta oratione loquuntur, dicebant, ut quæstorem, prætorem, sic Hæctorem, Nestorem. Itaque Ennius ait: Hæctoris natum de muro Trojano jactari. Actius hoc in tragædiis largius a prisca consuetudine movere cœpit, & ad formas Græcas verborum magis revocare: & a quo Valerius ait: Actius Hæctorem nollet facere; Hæctora mallet: quod adventicia pleraque habemus Græca, secutum, ut de notheis Græcanicos quoque nominatos plurimum haberemus. Itaque ut heic alia Græca, alia Græcanica, sic analogiæ: e quibus quæ sic nothæ sunt declinationes, de his aliæ sunt prisca, ut Bacchides, Chrysideis; aliæ minores, ut Chrysideis, Bacchideis; aliæ recentes, ut Chrysidas, Bacchidas: cum his omnibus tribus utantur nostri, maxime qui sequuntur media in loquendo, offendunt minimum: quod prima parum similia videntur esse Græcis, unde sint translata: tertia parum similia nostris. Omnis analogiæ fundamentum similitudo quædam, ut dixi: quæ solet esse, in rebus, in vocibus, & in utroque: in qua harum parte cumque sit in ferendo, & cujusmodi, videndum. Nam, ut dixi, neque rerum, neque vocis similitudo ad has duplices, quæ in loquendo quarimus, separatim satis est, quod utraque parte opus est simili, analogias verborum exprimendas: quas ad loquendum ut perducas, accedere debet usus. Alia enim ratio, qua facias vestimentum, alia quemadmodum utare vestimento. Usui (2) species videntur esse tres: una consuetudinis ve-

In hac editione mutatus est verborum ordo Verrii, Festi, & Pauli: ut lector facilius, quid de quaque re scriptum sit, reperiat; Nam veteres nescio quo modo primam litteram indicasse contenti, omnia verba ab eadem inchoata in unum locum conferebant: nostri melius omnibus syllabis ordinem adhibuerunt litterarum. Ita facile verba reperies; quæ tamen si obiter dicta sint, præsto erit quærenti index obiter dictorum. Divisio librorum Festi omissa est, propterea quod ea, quam Aldus confecit, ut singulæ litteræ libros singulos contineant, Festi non est: nam in his pagellis, quas habuimus liber XVIII. & liber XIX. in medio verborum, quæ ab R, & S inchoantur, incipiunt. Initio vero O litteræ liber XVI. & initio Q lib. XVII. incipiunt, ut ex quibusdam litterarum vestigiis agnoscere potuimus. Verba, quorum initium est P littera, credimus in duos libros fuisse divisa. Ultimum librum ante finem T litteræ inchoasse arbitramur. Ita ante O litteram libri XIII. ab ea littera ad extremum libri septem. Sed & Macrobius lib. III. refert. Festum scripsisse lib. XIII. de verborum significationibus; Mos est institutum patrium &c. Hæc quia nimis incerta sunt, & minus utilia, prætermisimus. Sed quia ad manus nostras non pervenerunt omnia Festi fragmenta, notam addidimus iis, quæ Festi esse arbitramur: ad ea vero, quæ scimus ejus esse, cognomen ejus adscripsimus. Reperitur hoc in M. O. P. T. V. litteris. Ea ex Aldi, & Mæsei libris sumpsimus, in quibus poterit hæc editio ab iis, qui eas pagellas habent, emendatior fieri. Et quoniam Verrius Flaccus primus hujus operis auctor fuit, quæcumque ejus opera extant, quæque de eo ab aliis referantur, initio collocavimus.





## M A R C I V E R R I I F L A C C I

Q U Æ E X T A N T

E X B I B L I O T H E C A

## A N T O N I I A U G U S T I N I

A R C H I E P I S C O P I T A R R A C O N E N S I S .

M. V E R R I I F L A C C I  
R E R U M M E M O R I A D I G N A R U M .  
L I B . I .Ex Gell.  
lib. iv. c. v.

Errius hoc libro refert, cur dicatur versus ille ex Hesiodo. *Malum consilium consulto-ri pessimum est.* Statua Romæ in comitio posita Horatii Coclitis fortissimi viri de cælo tacta est. Ob id fulgur piaculis luendum aruspices ex Etruria acciti inimico, atque hostili in populum Romanum animo instituerant eam rem contrariis religionibus procurare. Atque illam statuam suaserunt in inferiorem locum perperam transponi: quem sol oppositu circum undique aliarum ædium nunquam illustraret: quod cum ita fieri persuasissent, delati ad populum, proditique sunt: & cum de perfidia confessi essent, necati sunt: constititque eam statuam perinde, ut veræ rationes post compertæ monebant, in locum editum subducendam, atque ita in area Vulcani sublimiori loco statuendam. Ex qua re bene, & prospere reipublicæ cessit. Tunc igitur quod in Etruscis aruspices male consulentes animadversum, vindictumque fuerat: versus hic senarius scite factus, cantatusque esse pueris urbe tota fertur.

I N C E R T I L I B R I .

Ex Plin.  
lib. vii. c.  
liii.Ex eodem  
lib. viii.  
cap. vi.

Plurimas prodidit Verrius mortes repentinas. Roma plurimos elephantos vidit anno quingentesimo secundo, victoria L. Metelli Pontificis in Sicilia de Pœnis captos CXLII. fuere transvecti ratibus, quas doliorum confertis ordinibus imposuerant. Verrius eos pugnasse in circo, interfectosque jaculis tradit penuria consilii: quoniam neque ali placuisset, neque donari regibus.

Ex eodem  
lib. ix. cap.  
xxiii.

Tenuissimum murænis tergus, contra anguillis crassius, eoque verberari solitos tradit Verrius prætextatos, & ob id multam his dicit non institutam.

Ex eodem  
lib. xviii.  
cap. vii.Ex eodem  
lib. xxviii.  
cap. ii.

Populum Romanum farre tantum e frumento trecentis annis usum Verrius tradidit.

Verrius Flaccus auctores ponit, quibus credat in oppugnationibus ante omnia solitum a Romanis sacerdotibus evocari deum, cujus in tutela id oppidum esset, promittique illi eundem, aut ampliorem locum apud Romanos cultumve.

Tom. VII.

Tunica aurea triumphasse Tarquinius Priscum Verrius tradit.

Ex eodem  
lib. xxiii.  
cap. iii.  
Ex eodem  
lib. c. vii.

Enumerat auctores Verrius, quibus credere sit necesse; Jovis ipsius simulacri faciem diebus festis minio illini solitam, triumphantumque corpora. Sic Camillum triumphasse. Hac religione etiam nunc addi in unguenta cænæ triumphalis; & a Censoribus in primis Jovem minian- dum locari.

Verrius Flaccus ait, cum populus Rom. pestilentia laboraret, essetque responsum id accidere, quod dii despicerentur, anxiam urbem fuisse, quia non intelligeretur oraculum: evenisseque, ut circensium die puer de cænaculo pompam superne despiceret, & patri referret, quo ordine secreta sacrorum in arca pilenti composita vidisset. Qui cum rem gestam senatui nuntiasset; placuisse velari loca ea, qua pompa veheretur: atque ita peste sedata puerum, qui antiquitatem fortis abfolverat, togæ prætextæ usum minus impetravisse.

Ex Macro-  
lib. i.M. V E R R I I F L A C C I  
S A T U R N U S .

„ Saturnaliorum dies apud Græcos quoque festi habentur “.

Ex Macro-  
lib. i. Satur.

„ Dilucide me de constitutione Saturnaliorum scripsisse arbitror “.

Ex eodem  
lib.

Cur autem Saturnus ipse in compedibus visatur, Verrius Flaccus causam se ignorare dicit.

Ex eodem  
lib.

XII. kal. Jan. feriæ sunt Divæ Angeroniæ, cui Pontifices in facello Volupie sacrum faciunt: quam Verrius Flaccus Angeroniam dici ait, quod angores, ac animorum sollicitudines propitiata depellat.

Ex eodem  
lib.M. V E R R I I F L A C C I  
D E O B S C U R I S C A T O N I S .

L I B . I .

L I B . II .

In eo libro scriptum inventum est, recepticum servum dici nequam, & nulli pretii, qui cum venum esset datus, redhibitus ob aliquod vitium, receptusque sit: „ Propter ea (inquit) „ servus ejusmodi sectari maritum, & flagitare „ pecuniam jubebatur: ut eo ipso dolor major, „ & contumelia gravior viro fieret; quod eum „ servus nihili petendæ pecuniæ causa compella- „ ret “. Cum pace autem, cumque venia istorum, si qui sunt, qui Verrii Flacci auctoritate capiuntur, dictum hoc sit: recepticius enim servus

Ex Gell.  
lib. xvii.  
cap. vi.

X x x

v u s

530 M. Verrii Flacci quæ extant

vus in ea re, quam dicit Cato, aliud omnino est, quam Verrius scripsit.

M. VERRII FLACCI  
DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.

L I B. I.

L I B. II.

L I B. III.

L I B. IV.

*Ex Gell. lib. v. cap. xviii.* Verrius hoc libro dies, qui sunt postridie kalendas, Nonas, Idus, quo vulgus imperite nefastos dicit, propter hanc causam dictos, habitosque atros esse scribit: „Urbe (inquit) a Gallis Senonibus recuperata L. Atilius in senatu verba fecit Q. Sulpicium Tr. Mil. ad Alliam adversus Gallos pugnaturum, rem divinam dimicandi gratia postridie Idus fecisse: tum exercitum populi Romani occidione occisum, & post diem tertium ejus diei urbem præter Capitolium captam esse. Compluresque alii senatores recordari sese dixerunt, quotiens belli gerendi gratia res divina postridie kalendas, Nonas, Idus a magistratu populi Romani facta esset, ejus belli proximo deinceps prælio reipublicæ malam gestam esse. Tum senatus eam rem ad Pontifices rejecit, ut ipsi, quod videretur, statuerent. Pontifices decreverunt nullum iis diebus sacrificium recte futurum.“

*Ex Gell. lib. v. cap. xviii.* Historiam ab annalibus quidam differre eo putant; quod, cum utrumque sit rerum gestarum narratio, earum tamen proprie rerum sit historia, quibus rebus gerendis interfuerit is, qui narret: eamque esse opinionem quorundam Verrius refert. Ac se quidem dubitare super ea re dicit. Possit autem videri putat nonnihil esse rationis in ea opinione: quod historia Græce significat rerum cognitionem præsentium. Sed nos audire soliti sumus annales omnino id esse, quod historiæ sint: historias non omnino esse id, quod annales sint.

L I B. V.

*Ex Festo verbo Salva res est 310. 22.* Salva res est, dum saltat senex, quare parafiti Apollinis in scæna distitent, causam Verrius in libro quinto, quorum prima est P littera, reddidit. Quod C. Sulpicio, C. Fulvio Consulibus, &c. At in hoc libro refert Sannii Capitonis verba &c. Quam inconstantiam Verrii nostri non sine rubore rettuli.

L I B. VI.

I N C E R T I L I B R I.

*Ex Festo, vel Paulo, 37. 2.* Bellitudinem sicut magnitudinem Verrius (alias Varus) dixit.

*Ex eodem 124. 26.* Imperum, industrium, indulgentem perinde composita ait Verrius, atque impunis, & immunis: mihi non satis persuadet.

*Ex eodem 151. 27.* Mamphula appellatur panis Syriaci genus, quod, ut ait Verrius, in Clibano ante, quam percoquatur, decedit in carbones, cineremque, &c.

*Ex eodem 159. 21. 27.* Mater Matuta manes, mane, matrimonium, materfamilia, matertera, matrices, materiae dicte videntur, ut ait Verrius, quia sint bona &c.

*Ex Festo, & Paulo 160. 24.* Matronæ a magistratibus non summovebantur &c. quam ob causam ait Verrius... nec viri

earum sedentes cum uxoribus in vehiculo, descendere cogebantur.

Mendicum dici Verrius putat a mente ejus, quem fefellerit fortuna: vel quod precetur quemque, ut vitæ suæ medeatur cibo. *Ex eodem 164. 25.*

Metaphoram, quam Græci vocant, nos translationem, idest domo mutuatum verbum, quo utimur inquit Verrius &c. *Ex Festo, 166. 23.*

Naucum ait Atejus Philologus poni pro nugis, &c. Quidam nucis juglandis, quam Verrius juglandum vocat, medium, velut dissepimentum, &c. *Ex eodem 191. 16.*

Occare, & occatorem Verrius putat dictum ab occædendo, quod cædat grandis globos terræ: cum Cicero venustissime dicat ab occæcando fruges fatas. *Ex eodem 222. 18.*

Orcum quem dicimus, ait Verrius ab antiquis dictum Uragum &c. sed nihil affert exemplorum &c. *Ex eodem 237. 14.*

Oscos, quos dicimus, ait Verrius Opscos antea dictos teste Ennio, cum dicat: De muris res gerit Opscus. Adicit etiam, quod stuprum inconcessæ libidinis oscena dicantur ab ejus gentis consuetudine inducta. Quod verum esse non satis adducor &c. *Ex eodem 242. 13.*

Pedum est quidem baculum incurvum &c. Sed in eo versu, qui est in Iphigenia Ennii, Procede, gradum proferre pedum, niter, celsas? id ipsum jaculum significari cum ait Verrius: mirari satis non possum, &c. *Ex eodem 257. 24.*

Percunstario pro interrogatione dicta videtur ex nautico usu &c. ob quam causam ait Verrius etiam secundam syllabam per O solere scribi. Mihi id falsum videtur, &c. *Ex eodem 261. 24.*

Piari eos, veluti proprio verbo ait Verrius, qui parum sint animati &c. *Ex eodem 270. 13.*

Pictor Zeufis risu mortuus dum ridet effuse pictam a se anum γοργων. Cur hoc loco relatum sit a Verrio, cum de significato verborum scribere propositum habuerit, equidem non video, &c. *Ex eodem 272. 14.*

Prædia rursus Verrius vocari ait ea remedia, quæ data Cæcilia &c. ea vocari ait, quod mala prohibeant. *Ex eodem 286. 12.*

Prærogativæ centuriæ dicuntur &c. Verrius probabilius judicat esse, ut cum essent designati a prærogativis, in sermonem res veniret &c. *Ex eodem 289.*

Profanum, quod non est fanum &c. ut Verrius &c. cujus opinionem neque in hoc, neque in aliis compluribus refutare minime necesse est. Cum propositum habeam ex tanto librorum ejus numero intermorta jam, & sepulta verba, atque ipso sæpe confitente nullius usus, atque auctoritatis præterire: & reliqua quam brevissime redigere in libros admodum paucos. Ea autem, de quibus dissentio, & aperte, & breviter, ut sciero, scripta in his libris meis invenientur, inscribuntur: Priscorum verborum cum exemplis. *Ex eodem 301. 10.*

Quatere suspensum, & virinum rei alicujus motum significat: non, ut Verrius putat, ferire, &c. *Ex eodem 323. 24.*

Refert cum dicimus, errare nos ait Verrius, esse enim rectum rei fert &c. sed esse jam usu possessum. *Ex eodem 342. 26.*

Re-

Ex eodem 352. 20. Repagula sunt, ut Verrius ait, quæ patefaciendi gratia ita figuntur, ut ex contrario, quæ oppangantur, &c.

Ex eodem 353. 5. Repastinari ager is dicitur, ut Verrius existimat, cujus natura mutatur fodiendo &c.

Ex eodem 354. 6. Repudium Verrius ait dictum, quod sit ob rem pudendam, &c.

Ex eodem 360. 4. Rhegium appellare oportere ait Verrius id municipium, quod in freto e regione Siciliæ est &c.

Ex eodem 371. 15. Romuliam tribum &c. nisse ait Verrius... &c.

Ex eodem 375. 17. Ruscum est, ut ait Verrius, amplius paullo herba, & exilius virgultis, &c.

Ex eodem 380. 24. Sacram viam quidam appellatam esse existimant, &c. nec appellari debere ait Verrius, sed disjuncte, ut ceteras vias Flaminiam, Appiam, Latinam: ut ne novam viam quidem, &c.

Ex eodem 386. 23. Salicem Verrius virgulti genus non arboris dicit: & ridicule interpretatur: dictum, quod ea celeritate crescat, ut salire videatur.

Ex eodem 386. 72. Salinum in mensa pro aquali solitum esse poni ait cum patella: quia nihil aliud sit sal, quam aqua.

Ex eodem 395. 11. Sas Verrius putat significare eas auctore Ennio, &c. cum suas magis videatur significare, &c.

Ex eodem 396. 8. Satis verbum Verrius melius fuit præterire, ut mihi videtur, quam tam absurdas opiniones suas de eo recitare, quas sciens præterii, tam Hercules, quam de scabro, quod proximum sequebatur.

Ex eodem 414. 4. Scryptæ dicebantur nugatoriæ, ac despiciendæ mulieres, ut ait Verrius ab iis, quæ scree iisdem appellabant &c.

Ex eodem 405. 13. Scurræ vocabulum Verrius ineptissime aut ex Græco tractum ait, quod est *συρροζων* aut a sequendo, cui magis adsentitur &c.

Ex eodem 410. 25. Senonas Gallos Verrius ait existimare appellari, quia novi venerint &c.

Ex eodem 413. 13. Serilla Verrius appellari putat navigia Istriæ &c. cum *περὸ Ἰστρίας*, & ficto vocabulo usus sit &c.

Ex eodem 415. 2. Sertorem quidam putant dictum a prendendo &c. quod totum Verrius *ἀπὸ τῆς ἰσθμίας* introduxit.

Ex eodem 421. 1. Silicernium Verrius existimat, &c.

Ex eodem 425. 12. Solea, ut ait Verrius, est non solum ea, quæ solo pedis subiicitur, sed etiam pro materia robusta &c.

Ex eodem 426. 2. Solida sella &c. bant, inquit Verrius, quod absurde, ut mihi videtur, &c.

Ex eodem 427. 24. Solla appellantur sedilia &c. quæ, ut ait Verrius, omnia dicta sunt a sollo &c.

Ex eodem 436. 2. Spondere Verrius putat dictum, quod sponte sua, id est voluntate, promittatur. Deinde oblitus inferiore capite sponsum & sponsam ex Græco dictam ait, &c.

Ex eodem 439. 9. Stellionem g. Verrius dic. &c.

Ex eodem 440. 1. Stipatores ait dictos a stipe &c.

Ex eodem 454. 14. Suburam Verrius alio libro a pago Succufano dictam ait: hoc vero maxime probat eorum auctoritatem, &c.

Ex eodem 462. 27. Supervacaneum u. cludit Verrius ab u. &c.

Ex eodem 471. 12. Tæniæ Græcam vocem sic interpretatur Ver-

rius, ut dicat ornamentum esse laneum capitis honorati &c.

Talionis mentionem fieri in duodecim ait Verrius &c. neque id, quid significet, indicat, puto quia notum est, &c.

Taminia uva silvestris generis videtur Verrius dicta, quæ tam mira sit, quam minium.

Tarquitias scalas &c. appellatas esse ait vulgo existimari Verrius.

Tartarino cum dixit Ennius, horrendo, & terribili Verrius vult accipi a Tartaro, qui locus apud inferos.

Tentipellium Artorius putat esse calciamentum &c. Titinium autem Verrius existimare id medicamentum esse &c. cum ille *ξοπικως* dixerit.

Tonsillam esse Verrius ait palum dolatum &c.

Tumultum dici ait Verrius, qui ab aliis oritur, quam ab Italicis, & Gallicis hostibus &c.

Turrenos Etruscos appellari solitos ait Verrius, a Turrheno duce Lydorum &c.

Vacerram Verrius, & alii complures vocari dicunt, stipitem, ad quem equos solebant religare.

Vinæ, ut Verrius præcipit, quod vini feraces sint, &c.

M. VERRII FLACCI  
EPISTULÆ.

Nam crebro in antiquis lectionibus invenitur, sicut in epistulis probat Verrius Flaccus exemplis, auctoritate, ratione dicens in adverbis pro V. O. plerumque majores ponere consuetos: & sic pro Huc Hoc veteres dicere solebant, sicut pro illuc, illo dicimus.

CARMINA.

Blanditusque labor molli curabitur arte.

INCERTA

VERRII FLACCI.

Sævitiæque eorum abominaretur ab hominibus.

Festinat a fando dicitur: quoniam isti ignaviores, qui nihil perficere possunt, plus verborum, quam operæ habent. Sed id nimis coactum, atque absurdum videtur, inquit Gellius.

Caper ostendit de dubiis generibus Verrium Flaccum poluisse alecem hanc dicens.

Alliam sine adspiratione dictam Verrius tradit, & sic multi dixerunt.

Helenius Acron Verrium dicit errare, qui putat hos ambo dici debere.

Amœna loca Varro dicta ait, eo quod solum amorem præstent, & ad se amanda alliciant. Verrius Flaccus, quod sine munere sint, nec quidquam his officiat: quasi amunia, hoc est sine fructu, unde nullus fructus exsolvitur: inde etiam nihil præstantes immunes vocantur.

Non negat Verrius Flaccus kal. Apr. postea constitutum, ut matronæ Veneri sacrum facerent.

Nonnulli etiam ex participiis putaverunt talia figurari: ut Verrius Flaccus, qui ab eo, quod est audens, audenter.

Ex eodem 473. 7.

Ex eodem 474. 23.

Ex eodem 476. 2.

Ex eodem 476. 4.

Ex eodem 479. 18.

Ex eodem 485. 18.

Ex eodem 491. 24.

Ex eodem 492. 16.

Ex eodem 491. 11.

Ex eodem 496.

Ex Servio lib. viii. En.

Ex Prisc. lib. viii.

Ex Prisc. lib. viii.

Ex Gell. lib. xvi. c. xiv.

Ex Prisc. lib. vi.

Ex Charis. lib. I.

Ex eodem lib.

Ex Isid. lib. xiv. cap. viii. etym.

Ex Maerob. lib. i. Satur.

Ex Charis. lib. ii.

*Ex eodem lib. i.* Camera dicuntur, ut Verrius Flaccus affirmat, non camera per E. Sed Lucretius cameræque caminis ex cratibus: etiam cameram dici posse ostendit.

*Ex Diomed. lib. i.* Incohavi ab inchoo dicendum putat Julius Modestus, quia fit compositum a caho initio rerum, quod Verrius (&) Flaccus in postrema syllaba aspirandum probaverunt (1). Cohavum enim apud veteres mundum significat.

[1] *Probarvit.*

*Ex Charis. lib. i.* Clunes Verrius Flaccus masculino genere dici probat, quoniam in IS syllaba terminata omnia carentia nominativo singulari masculina sunt: ut panis, cinis, crinis, & similia.

*Ex eodem lib.* Diligente Verrius Flaccus, inquit Plinius, eorum nominum, quæ NS finiuntur, casu nominativo, ablativus in E dirigendus est.

*Ex Diomed. lib. i.* Differt fatigatus a fesso, ut Verrius ait, quod fatigatus, cum quis per alium laborare compellitur: fessus vero, cum quis labore deficit, ut lassus.

*Ex Laclant. lib. i. c. xx.* Nec hanc solum Romani meretricem colunt, sed Faulam quoque, quam Herculis scortum fuisse Verrius scribit.

*Ex Charis. lib. i.* Verrius Flaccus sic distinxit: modica esse labra, labia immodica, & inde Labiones (2) dici. Verrius lacte pro lac dicit.

*Ex eodem lib.* Nonnulli synalephas quoque circa observandam scriptionem existimaverant: sicut Verrius Flaccus; ut ubicumque prima vox M littera finiretur, sequens a vocali inciperet; M non tota, sed pars illius prior tantum scriberetur, ut appareret exprimi non debere.

*Ex Charis. lib. i.* Manibus per duo I dicendum, quia sunt a manibus, ut putat Verrius: sed & manubia per V dici possunt.

*Ex eodem.* Nomenclator sine V dicitur, ut Verrius ait, velut nominis clatator.

*Ex eodem.* Panis genitivo plurali panum Verrius dixit.

*Ex eodem.* Polenta dici debet per O, cujus rei Verrius Flaccus rationem \* usum omnium poliatur.

*Ex eodem.* Cum autem quid hoc est hominis quaeritur, inquit, de alicujus quaero hominis qualitate (qui necesse sit) hic masculine dicendus est, ut Verrius ait: quoniam neutra in I & in VS non exeunt.

*Ex eodem.* Sal neutro genere Verrius etiam placuit.

*Ex eodem lib. ii.* Porphyrio ex Verrius & Festo, in auguralibus, inquit, libris ita est sane, sareteque.

*Ex Gell. lib. xviii. cap. vii.* Verrii Flacci scripta ad hoc genus quaestionis pertinentia hæc fuerunt. Senatam dici & pro loco, & pro hominibus: civitatem & pro loco, & oppido; & pro jure quoque hominum, & pro hominum multitudine: tribus quoque & decurias dici, & pro loco, & pro jure, & pro homi-

nibus: concionem autem tria significari locum suggestumque unde verba fierent: item significare coetum populi adstantis: item orationem ipsam, quæ ad populum diceretur.

Verrius Flacco videtur eandem esse apud nos V litteram, quæ apud Græcos Y: namque his exemplis argumentatur: quod illi dicunt cyminum, nos cuminum: quam illi κυπάρισσος nos cupressum: illi κυβερνήτην, nos gubernatorem: nec non ex ejusmodi Theleus, Meucæceus, Peleus, & similibus affirmat.

X, & Z Verrius Flacco placet mutas esse: quoniam a mutis incipiunt, una a C, altera a P (quod si quos movet, quod in semivocalem desinant, sciant inquit Z litteram sic scribi ab iis, qui putant illam ex C & D) constare, ut sine dubio muta finiatur.

Ex Verrius Flacco Plinii liber III. VII. VIII. XIV. XV. XVIII. XXVIII. XXIX. XXXIII. XXXIV. XXXV.

#### DE M. VERRIO FLACCO.

Verrius Flaccus libertinus docendi genere maxime inclaruit: namque ad exercitanda discipulorum ingenia æqualeis inter se committere solebat proposita non solum materia, quam scriberent, sed & præmio, quod victor auferret: id erat liber aliquis antiquus pulcher, aut rarior. Quare ab Augusto quoque nepotibus ejus præceptor electus transit in palatium cum tota schola: verum ut neque amplius posthac discipulum reciperet. Docuitque in atrio Catilinæ domus, quæ pars Palatii tunc erat, & festertia centena in annum accepit. Decessit ætatis exactæ sub Tiberio. Statuam habet Præneste (3) in inferiore fori parte contra hemicyclum, in quo fastos a se ordinator, & marmoreo parieti incisos publicarat.

Scribonius Aphrodisius Orbilius servus, atque discipulus mox a Scribonia Libonis filia, quæ prior Augusti uxor fuerat, redemptus, & manumissus docuit, quod Verrius, tempore, cujus etiam libros de Orthographia rescripsit non sine insectatione studiorum, morumque ejus.

Marcum quidem Antonium, ut insanum increpat Augustus, quasi ea scribentem, quæ mirentur potius nomines, quam intelligant, &c. Tuque dubitas, inquit, Cimberne Annius, an Verrius Flaccus imitandi sint tibi; vita ut verbis, quæ Crispus Sallustius excerptis ex originibus Catonis, utaris? an potius Asiaticorum oratorum inanibus sententiis verborum volubilitas in nostrum sermonem transferenda?

Ante obitum Augusti anno quarto Athenodorus Tarsensis stoicus philosophus, & M. Verrius Flaccus grammaticus insignes habentur.

*Ex Velio Longo de Orthogr.*

*Ex eodem.*

*Ex Plin. lib. i. de nat. hist.*

*Ex Sueton. de grammaticis.*

(3) *Pro Vestæ.*

*Ex eodem.*

*Ex eodem in Aug. cap. lxxvi. lxxvii.*

*Ex Euseb. in Chron.*

S E X T I P O M P E I I F E S T I  
D E V E R B O R U M S I G N I F I C A T I O N E  
L I B R I V I G I N T I  
E X B I B L I O T H E C A  
A N T O N I I A U G U S T I N I  
A R C H I E P I S C O P I T A R R A C O N E N S I S.

E P I S T O L A P A U L I A D C A R O L U M R E G E M.

**L** Argitatis munere, sapientia potentiaque perfulgido Domino Regi Carolo Regum sublimissimo Paulus ultimus servulus. Cupiens aliquid vestris bibliothecis addere; quia ex proprio parum valeo; necessario ex alieno mutuavi. Festus denique Pompejus Romanis studiis affatim eruditus, tam sermonum abditorum, quam etiam quarundam causarum origines aperiens, opus suum ad viginti usque prolixa volumina extendit: ex qua ego prolixitate superflua quæque, & minus necessaria prætergrediens, & quædam abstrusa penitus stilo proprio enucleans, ita ut erant posita relinquens, hoc vestræ celsitudini legendum compendio obtuli. In cujus rei, si tamen lectum ire non dedignabimini, quædam secundum artem, quædam juxta ethymologiam posita non inconvenienter invenietis, & præcipue civitatis vestræ Romulæ viarum, portarum, montium, locorum, tribuum vocabula diserta reperietis, ritus præterea gentilium, & consuetudines, varias dictiones quoque poetis, & historiographis familiares, quas in suis opusculis frequentius posuere. Quod exiguitatis meæ munusculum si sagax, & subtilissimum vestrum ingenium non usquequaque reppulerit, tenuitatem meam vita comite ad potiora excitabit.

A.



Bacti magistratus dicebantur, qui coacti deposuerant imperium.

Abalienatus dicitur, quem quis a se removerit.

Abambulantes, abscedentes.

Abarcet, prohibet.

Abavus dicitur, quia abest ab avo, & est avus avi.

Abditivi, abortivi.

Abem to significat demito, vel auferto; emere enim antiqui dicebant pro accipere.

Abgregare, est ab grege ducere: adgregare, ad gregem ducere: segregare, ex pluribus gregibus partes seducere: unde & egregius dicitur e grege lectus: quorum verborum frequens usus non mirum si ex pecoribus pendet; cum apud anti-

quos opes, & patrimonia ex his præcipue confiterint, ut adhuc etiã pecunias, & peculia dicimus.

Abjetaria negotia dicebantur, quam materiam nunc dicimus, videlicet ab abjetibus coemendis.

Abiisse, pro adisse (1) dicebant.

Abitionem antiqui dicebant mortem.

Abnutare, sæpe abnuere.

Ab oloes (a) dicebant, pro ab illis: antiqui enim litteram non geminabant.

Aborigines appellati sunt, quod errantes convenerint in agrum, qui nunc est populi Romani: fuit enim gens antiquissima Italiæ.

Abortum gravidæ mulieris dicitur, quod non sit tempeste ortum.

Abrogare, infirmare.

Abs præpositio a Græco deducitur & significat autem retractionem in partem posteriorem.

Aceratum lutum, cum paleis mixtum.

A.

<sup>a</sup> Oli, pro olli, & olli pro illi: oloes autem illoes est, & pro illis accipitur Græca terminatione: vide Loebesum, & ollic.

(1) Obiisse.

**Acerra** (*a*), ara, quæ ante mortuum poni solebat, in qua odores incendebantur: alii dicunt arculam esse thurariam, scilicet ubi thus reponabant.

**Acetare** dicebant, quod nunc dicimus agitare.

**Acieris**, securis ærea, qua in sacrificiis utebantur sacerdotes.

**Acies**, **Acumen**, **Acus**, & **Acuere** dicuntur ab ἀκόνη, quam latine dicimus cotem.

**Aclassis** tunica, ab humeris non confuta.

(1) *Ærumetuma.*

**Acrumetuma** (1) utensilia ampliora.

**Actus** modo significat in comædiis, & tragædiis certa spatia canticorum: modo iter inter vicinos quattuor pedum latum: modo in geometrica minorem partem jugeri, id est centum viginti pedum: modo motum corporis, ut histriionum, & saltatorum, qui etiam ex hoc ipso actus dicuntur.

**Acupedius** dicebatur, cui præcipuum erat in currendo acumen pedum.

(2) *Substernendum.*

(3) *Eodem primo.*

**Acus** (*b*) palea est. Varro rerum rusticarum tertio: acus substernendum (2) parturientibus: acus in area excutitur. Idem in eodem: primo (3) argillam mixtam acere.

**Acus** dicitur, qua sarcinatrix, vel etiam ornatrix utitur: palea etiam quædam de frumento acus dicuntur: exercitus quoque instructio; quod ea pars militum vehementissime est ad hostem vulnerandum acumine telorum, totum autem ex Græco sermone trahitur; cum sarcire apud illos ἀκίρασις dicitur.

**Ad**, aut proprie personam significat; ut eo ad Pompejum: aut locum, ut abiit ad theatrum.

**Adagia**, ad agendum apta.

**Adafia**, ovis vetula recentis partus.

**Adaxint**, adegerint.

**Adcensi** dicebantur, qui in locum mortuorum militum subito subrogabantur; dicti ita, quia ad censum adiciebantur.

**Addicere** est proprie idem dicere, & approbare dicendo: alias addicere damnare est.

(4) *Dubium.*

**Addubanum**, **Danubium** (*c*) (4).

**Addues**, addideris.

**Adeo** duas habet significationes: nam cum prima acuta effertur; idem significat, quod accedo: ut cum dicimus, adeo prætorem: cum autem secunda; id est, quod usque eo; non quidem secundum rationem, quia ad præpositio accusa-

tivis accommodata est: sed vetusta quadam loquendi consuetudine.

**Ad exitam ætatem**, ad ultimam ætatem.

**Adfabrum**, fabrefactum.

**Adfatim** dictum a copia fandi, sive abundanter. Livius: Adfatim edi, bibi, lusi. Terentius adfatim dixit pro eo, quod est, ad lassitudinem.

**Adfectare** est primum animum ad faciendum habere.

**Adfines**, in agris vicini, sive consanguinitate conjuncti.

**Adgrettus**: apud Ennium adgrettus fari, pro eo quod est adgressus ponitur: quod verbum venit a Græco ἀγρε.

**Adigas**, dare cogas.

**Aditulum**, parvum aditum.

**Adlecti** (*d*) dicebantur apud Romanos, qui propter inopiam ex equestri ordine in senatorum sunt numero adsumpti: nam patres dicuntur, qui sunt patricii generis: conscripti, qui in senatu sunt scriptis adnotati.

**Adlicit** est, perducit aliquem in rem: dictum a verbo lacit, id est decipit. Hinc descendit illicere, & oblectare, id est frustrantem inducere.

**Adlivescit**, livere incipit, hoc est lividum fieri.

**Admissivæ** aves dicebantur ab auguribus, quæ consulentem juberent (5).

(5) *Juvarent.*

**Adniat** (6), sæpe, & leviter oculo annuit. Nævius in Tarentilla: alii adnutat, alii adniat, alium amat, alium tenet.

(6) *Adnutat.*

**Adolescit** a Græco ἀδολεχθῆν 7), id est ad cresco, venit: unde fiunt adultus, adolescens, altare; eo quod in illo ignis excrescit; & exoletus, qui excessit olecendi, id est crescendi modum; & inolevit, id est crevit.

7) ἀλιζω.

**Adoptatius** (8) ex adoptato filio natus.

(8) *Adoptivus.*

**Ador farris** genus, edor quondam appellatum, ab edendo; vel quod aduratur, ut fiat tostum: unde in sacrificio mola salsa efficitur.

**Adorare** (*e*) apud antiquos significabat agere: unde & legati oratores dicuntur, quia mandata populi agunt.

**Adoream** laudem, sive gloriam dicebant, quia gloriosum eum putabant esse, qui farris copia abundaret.

**Adpromissor** est, qui quod suo nomine promissit, idem pro altero quoque promittit.

**Adru-**

*a* Paulus libenter utitur his verbis, solebat, incendebantur, reponerat: ne videatur cum Festo in religione consentire. *b* Ex uno tantum libro hæc sumpta sunt mihi valde suspecta, & quæ referuntur, non reperi lib. III. Varronis, sed hæc, in cubilibus, cum parturient, acus substernendum, & postea. Conduat in fursures, aut acus. Et libro primo: Ita fit, ut quod levissimum est in eo, atque appellatur acus, evannatur foras extra aream. Et postea: Parietes, & solum opere tectorio marmoratu loricandi, si minus ex argilla mixto acere e frumento, & amurca. Hæc fortasse sunt, quæ Paulus, sive quis alius referre voluit. Vide Aceratum, & obacerate. *c* Danuvius in denariis Trajani subscribitur fluvio nobilissimo, qui Ister quoque dicitur. Ideo dubium malim hoc loco quam Danubium legere, licet plures libri Danubium habeant, posset etiam ita accipi, ut duo verba separata sint, ad, & dubanum, & significet ad Danubium. *d* Totus hic locus de Senatoribus nimis præcisus est a Paulo. Sunt enim senatores patres, senatores patricii generis, & patriciorum auctores: sunt senatores conscripti a L. Junio Bruto ex primoribus equestri ordinis, ut Livius scribit, adlecti. Hi igitur adlecti dicebantur, quod propter inopiam Senatorii ordinis ex equitibus adsumpti sunt. Idem factum est post pugnam Cannensem adlectis a Dictatore M. Fabio Buteone iis, qui magistratum obtinissent, neque in senatum lecti essent, item qui spolia domi, aut civicam habuissent. Idem Festus verbo: *Qui patres*, alios auctores secutus, a P. Valerio cos. conscriptos refert. Dionysius utr usque consulis consilium fuisse ait, & Bruti, & Publicolæ. Tacitus cum Livio consentit, præterquam quod eos minorum gentium appellat, quod Livius centum Senatoribus a Prisco rege adlectis tribuit. Vide etiam Festum verbo Conscripti. *e* Vide Nec conjunctio.

Adrumavit, rumore fecit, sive commurmuratus est: quod verbum quidam a rumine, idest parte gutturis putant deduci.

Adfiscere est adungere, vel adfumere.

Adscripti dicebantur, qui in colonias nomina dedissent, ut essent coloni.

Adscripticii, veluti quidam scripti dicebantur, qui suppledis legionibus adscribebantur: hos & adensos dicebant, quod ad legionum censum essent adscripti: quidam velatos, quod vestiti inermes sequerentur exercitum: nonnulli ferentarios, quod fundis lapidibusque præliaturi ea modo ferrent, quæ in hostes jacerent: alii rorarios, quod id genus hominum ante quam acies coirent, in modum rorantis tempestatis dimicaret.

(1) Adfectata.

Adfectata (1) femina vel in bonam partem dicitur, velut honorata: vel in malam, quasi ad extremum periculum adducta.

Adferere (a) manu est admovere: quod ea quoque, quæ in terram dimittuntur, feri dicuntur: unde etiam feræ appellantur, quia foribus admotæ opponuntur (2) defixæ postibus, quemadmodum ea, quæ terræ inferuntur.

(2) Apponuntur.

Adfidela, mensæ vocantur, ad quas sedentes flamines sacra faciunt.

Adfiduus dicitur, qui in ea re, quam frequenter agit, quasi confidisse videatur: alii adfiduum locupletem, quasi multorum assium dictum putarunt: alii eum, qui sumptu proprio militabat, ab asse dando vocatum existimarunt.

Adspere, & præspere dicebant antiqui a sapiendo: sicut nos quoque modo dicimus ab æquo iniquum: a quærendo inquirere.

Adstiterunt, statuerunt.

Adtegrare est, vinum in sacrificiis augere: integrare enim, & adtegrare minus factum, est in statutum redigere.

Adtestata dicebantur fulgura, quæ iterato fiebant, videlicet significationem priorum adtestantia.

[3] τριβώνιος.

Adtritum, & tritum ex Græco descendit, quia illi vestem tritam τριβώνιον (3) appellant.

Adtubernalis, habitator continuæ tabernæ: quod genus domicilii antiquissimum Romanis fuisse testimonio sunt exteræ gentes, quæ adhuc tabulatis habitant ædificiis: unde etiam tecta castrensia, quamvis pellibus contegantur, tabernacula tamen dicuntur.

Advelitatio iactatio quædam verborum figurata ab hastis velitaribus: velites dicuntur expediti milites, quasi volites, idest volantes.

Adversus aut contrarium significat; aut idem, quod erga.

Adulari (b) est compositum ex accedendo, & adludendo.

a Vide Sertorem. b Locus suspectus. Nonius canum esse proprium affirmat, unde ἀπὸ τῆς οὐρᾶς fortasse origo nominis tracta est, quod canes accedendo, & adludendo cauda mota blandiantur.

c Ineptè dictum est: melius Ser. Sulpicius, ut Cicero in Topicis refert, in finitimo, legitimo, adtimito, non plus inesse timum, quam in medullis tullium, sed productionem esse verbi vult. Hic ut Varro ait lib. 1. de re rust. & lib. 11. de lingua latina, apud Gellium, lib. 11. cap. x. postea aditus appellatus est, non ab ædibus tuendis, ut Varro, Festus, & alii existimant, sed quia aditus prius diceretur, & una littera elisa sit. Sic testamentum non a mente ducitur, sed productio verbi est, ut in vestimento, & pavimento Gell. lib. 6. cap. 11. Vide Charif. lib. 1.

d Videndus Varro in libris de lingua latina, & Paulus, & Justinianus sub titulo de tutelis, & ea, quæ antea scripsi.

Adulter, & adultera dicuntur, quia & ille ad alteram, & hæc ad alterum se conferunt.

Adulterina signa dicuntur alienis anulis facta.

Advocitat, sæpe advocat.

Advosem, adversarium, hostem.

AE syllabam antiqui Græca consuetudine per AI scribebant: ut aulai, pistai, musai.

Ædilis initio dictus est magistratus, qui ædium non tantum sacrarum, sed etiam privatarum curam gerebat: postea hoc nomen & ad magistratus translatum est. Dictus est autem Ædilis: quod facilis ad eum plebi aditus esset: sed & Ædilatus dicebatur eadem dignitas; sicut pontificatus, magistratus.

Ædis, domicilium in edito positum simplex, atque unius aditus: sive ideo ædis dicitur, quod in ea ævum degatur; quod Græce οἶκον (4) vocatur: itaque ædificare, cum sit proprie ædem facere, ponitur tamen pro omni genere constructionis κατὰ χροῖσιν οἶκός.

[4] οἶκον.

Æditimus, ædis intimus (c).

Ædituus (d), sacræ ædis tutor (5): idest curam agens.

[5] Tutor.

Ægæum mare appellatur, quod crebræ in eo sint insulæ, ut procul aspicientibus species caprarum videantur: sive quod in eo Ægæa (6) Amazonum Regina perierit: sive quod in eo Ægeus pater Thesei se præcipitaverit.

(6) Ægea.

Ægrum ex Græco ἀνιγρόν appellatur: a quibusdam putatur a voce doloris appellari: quod est αἰ αἰ.

Ægyptinos, Æthiops.

Ænidum, tumidum (7).

(7) Timidum.

Æmiliam gentem appellatam dicunt a Mamercio Pythagoræ philosophi filio, cui propter unicam humanitatem cognomen fuerit Æmilos: alii quod ab Ascanio descendat, qui duos habuit filios Julum, & Æmilon.

Ænariam appellavere locum, ubi Æneas classem a Troja veniens appulit.

Ænatores cornicines dicuntur, idest cornu canentes.

[8] Sic.

Æneolum, quod ex ære fit (8) dicimus.

Ænesi dicti sunt comites Ænez.

Ænulum, vas ex ære parvum.

Æquidiale apud antiquos dictum est, quod nunc dicimus æquinoctiale, quia nox diei potius, quam dies nocti adnumerari debet: Græci quoque in hoc consentiunt ἰσημερίαν, idest æquidiale dicentes.

Æquilavium significat ex toto dimidium: dictum a lavatione lanæ, quæ dicitur æquilavio redire, cum dimidium decidit sordibus.

Ærarii Tribuni a tribuendo ære sunt appellati.

Ærarium sanc populus Romanus in æde Saturni habuit.

Æri-

Æribus pluraliter ab ære, idest æramento dicit Cato.

Ærosam appellaverunt antiqui insulam Cyprum, quod in ea plurimum æris nascatur.

Ærumnulas Plautus refert furcillas, quibus religatas farcinas viatores gerebant, quarum usum quia C. Marius rettulit, muli Mariadi postea appellabantur: itaque ærumnæ labores honerosos significant: sive a Græco sermone deducuntur: nā *ἀρην* Græce, Latine tollere dicitur.

Æruscare, æra undique, id est pecunias, colligere.

Æstimata pœna (a) ab antiquis ab ære dicta est, qui eam æstimaverunt ære: ovem decussi, bovem centussi, hoc est decem & centum assibus.

Æstimias, æstimationes.

Æstuarium sunt omnia, qua mare vicissim tum accedit, tum recedit.

Agalones (b) equos agentes, idest minantes.

Agea via in navi dicta, quod in ea maxima quæque res agi solet.

Agedum significat agemodo: est enim adhortantis sermo.

Agere modo significat ante se pellere, idest minare. Vergilius, *Et potum pastas age Tityre*. Modo significat iurgari: ut cum dicimus, agit cum eo furti: modo rependere: ut cum dicimus, gratias ago: modo verbis indicare (1): ut cum dicimus, causam ago: quin etiam si accessit gestus, & vultus quidam decor: ut cum scænici agere dicuntur.

(1) *Judicare.*

[2] *Quo.*

Agina est, qua (2) inferitur scapus trutinæ, id est in quo foramine trutina se vertit: unde aginatores dicuntur, qui parvo lucro moventur.

Agnus dicitur, a Græco *ἀγνός*, quod significat castum, eo quod sit hostia pura, & immolationi apta. Agnus ex Græco *ἀμνός* deducitur: quod nomen apud majores communis erat generis, sicut & lupus, quod venit ex Græco *λύκος*.

Agolum, pastorale baculum, quo pecudes aguntur.

Agonias hostias putabant ab agendo dictas.

Agonium (c) dies appellabatur, quo rex hostiâ immolabat: hostiam enim antiqui agoniam vocabant. Agonium etiam putabant deum dici præsentem rebus agendis. Agonalia ejus festivitatem, sive quia agones dicebant montes: Agonia sacrificia, quæ fiebant in monte: hinc Romæ mons Quirinalis Ægonis (3), & collina porta Ægonensis (4). Agonium idest ludum ob hoc dictum, quia locus in quo ludi initio facti sunt,

(3) *Agonus.*

(4) *Agonensis.*

a Hæc multa est, ut Gellius notat lib. xi. cap. i. & Festus verbo multam, & ovibus, & peculatus.

b Minandi verbo pro agendo, vel ducendo utitur Paulus, nam Festi usum ignoramus; sic paulo post. Agere, ante se pellere, idest minare, & verbo iungere utitur in eadem significatione verus interpres sacrorum librorum, & una littera mutata Itali omnes menare dicunt.

c Agonium, idest ludum, locus mendosus. Varro præter dies Agonales, quos dictos esse ait ab agone, quod per eos rex sacrorum in regia arietem imolet: Agonia appellata esse ait etiam Liberalia in libris Salliorum Agonenfium. Ovidius lib. i. Fastorum: cur Agonalia dicantur plures reddit causas, quarum ultima hæc est:

*Fas etiam, fieri solitis ætate priorum  
Nomina de ludis Græca tulisse diem:  
Et prius antiquus dicebat Agonia sermo  
Veraque iudicio est ultima causa meo.*

Si ludicrum pro ludo legeremus minus laborarem.

d Vide incerta Verrii Flacci. e Plaut. in Milite: Qui nisi adulterio studiosus, nulli aliæ rei est improbus, fortasse ex hoc loco Festi scribendum est ali rei. f De Sanquali, & immuculo, vel immutulo suis locis videto: & Plin. lib. x. cap. vii.

fuerit sine angulo, cujus festa Agonalia dicebantur.

Albegmina partes extorum, quæ diis immolabant.

Alb-fia scuta dicebantur, quibus Albenfes, qui sunt Marfi generis, usi sunt: hæc eadem decumana vocabantur, quod essent amplissima, ut decumani fluctus.

Albiona ager trans Tiberim dicitur, a loco Albionarum, quo loco bos alba sacrificabatur.

Albo galerus a galea nominatus: est enim pileum capitis, quo Diales flamines, id est sacerdotes Jovis utebantur: fiebat enim ex hostia alba Jovi cæta, cui adfigebatur apex virgula oleagina.

Albula Tiberis fluvius dictus ab albo aquæ colore. Tiberis autem a Tiberio (5) Silvio rege Albanorum, quod is in eo extinctus est.

(5) *Tiberino.*

Album, quod nos dicimus, a Græco, quod est *ἄλφον*, est appellatum. Sabini tamen alpum dixerunt: unde credi potest nomen Alpium a candore nivium vocitatum.

Alcedo dicebatur ab antiquis pro halcyone: ut pro Ganymede Catamitus: pro Nilo Melo.

Alebria, bene alentia.

Aleonem, aleatorem. Nævius pessimorum pessime, audax, ganeo, lurco (6), alco.

(6) *Lustro.*

Aletudo, corporis pinguedo.

Alga, herba, quam mare ad littus proiicit. Vergilius in Bucolicis: *Proiecta visior alga*.

Algeo ex Græco *ἀλγῶ* dicitur, idest doleo: ut sit frigus, dolor quidam membrorum rigore coniectus (7).

(7) *Collectus.*

Alica (d) dicitur, quod alit corpus.

Alicariæ meretrices appellabantur in Campania solitæ ante pistrina alicariorum versari quæstus gratia: sicut hæc (8), quæ ante stabula sedebant, dicebantur prostibulæ.

(8) *Has.*

Alienatus, qui alienus est factus.

Alimodi pro aliufmodi.

Aliorum, & illorum, sicut introrsum dixit Cato.

Ali rei (e) dixit Plautus pro eo, quod est aliæ rei.

Alites (f) volatu auspicia facientes istæ putabantur: buteo, sanqualis, immuculus, aquila, vulturius.

Aliuta antiqui dicebant pro aliter ex Græco *ἄλλυ*, vel *ἄλλως* transferentes. Hinc est illud in legibus Numæ Pompili: *Si quis aliuta fanit, ipso Jovisacer esto*.

Al-



(1) *Allis.* Allus (a) (1), pollex scandens proximum digi-  
tum: quod velut insiluisse in alium videatur:  
quod Græce dicitur ἀλλοθου.

Alliensis dies dicebatur apud Romanos obscœ-  
nissimi ominis: ab Allia fluvio scilicet, ubi  
Romanus fufus a Gallis exercitus est.

Alma, sancta, sive pulchra, vel alens ab  
alendo scilicet.

Almities (b) habitus almarum rerum.

Altaria sunt, in quibus ignis adoletur. Alta-  
ria ab altitudine dicta sunt, quod antiqui diis su-  
peris in ædificiis a terra exaltatis sacra faciebant:  
diis terrestribus in terra: diis infernalibus in ef-  
fossa terra.

Altellus Romulus dicebatur, quasi altus in  
tellure, vel quod tellurem suam aleret, sive  
quod aleretur telis, vel quod a Tatio Sabinorum  
rege postulatus sit in colloquio pacis, & alternis  
vicibus audierit, locutusque fuerit: sicut enim  
fit diminutive a macro macellus (2), a vasro va-  
fellus: ita ab alterno altellus.

(2) a Mar-  
co Marcel-  
lus.

Alter, & pro non bono ponitur; ut in augu-  
riis altera cum appellatur avis, quæ utique pro-  
spera non est: sic alter nonnumquam pro adver-  
so dicitur, & malo.

Alteras ponebant pro eo, quod est adverbium  
alias.

Altercatio, jurgatio.

Alternatio, per vices successio.

Alterplicem, duplicem.

Alterta [3], alterutra.

[3] Alter-  
tra.

Alterum Sinnius ait idem significare, quod  
apud Græcos ἑτερον. Quidam vero ex utroque ef-  
se compositum ἀλλοθ & ἑτεροθ.

Alum proprie mare profundum.

Altus ab alendo dictus; alias ab altitudine.

Alucinatio, erratio.

Alveolum, tabula aleatoria.

Alumento pro Laumedonte a veteribus Ro-  
manis necdum aduētis Græcæ linguæ dictum  
est: sic Melo pro Nilo, Catamitus pro Ganyme-  
de: Alphius pro Alpheo dicebatur.

Alvus venter fœminæ, ab alendo dicta est.

(4) *Infra.*

Am (c) præpositio loquularis significat circum:  
unde supra (4) servus ambactus, idest circum-  
actus dicitur.

Amasso, amavero.

Tom. VII.

a Hallus inferiori loco idem appellatur, mirandumque est Festum, & in hoc, & in aliis varie scribere; ut  
ederam, & hederam; Cajam, & Gajam: Paulo vero id adscribendum non est, cum ante eum Festi liber  
litterarum ordine esset perscriptus.

b Interpretatur a Charisio lib. I. οὐπρέπτα, sic intelliges Pauli verba, quæ mihi mendosa esse videbantur.

c Servus ambactus fortasse significat servum libertatem esse consecutum. Persius Satyr. v.

Quibus una Quiritem

Vertigo facit: hic Dama est non tressis agaso

Vertit hunc dominus, momento turbinis exit

Marcus Dama: Vide Manumitti.

d Cur lingua Gallica dicat ignoro, ut enim supra scriptum est, id recte Latine dicitur: & mos Romanus  
significatur. e A duodecim fratribus scriberem, non a duobus ex Plin. lib. xviii. cap. ii. Gellio lib. vi.  
cap. vii. & Fulgentio de obscuris, ut intelligatur de duodecim fratribus arualibus, sed quæ sequuntur Ma-  
crobius refert lib. iii. uti a Pompejo Festo conscripta: & in his nulla mentio fratrum: ideo videndum est,  
an arvis, & frugibus emendare oporteat. f Vide incerta Verrii Flacci.

g Varro lib. vi. de lingua Latina, Ambiegnæ bos apud augures, quam circum aliæ hostiæ constituuntur.  
Fulgent. Placiades de obscuris. Bæbius Macer, qui fastalia dierum scripsit, ait: „Junoni eas, quæ geminas pare-  
„rent oves sacrificare cum duobus agnis altrinsecus alligatis, quas oves ambiguas vocari, quasi ex utraque  
„parte agnos habentes“. Vides hunc ambignas, illum ambiegnas, nostrum ambegnas dicere.

h Varie bidentem interpretatur. Vide Gellium lib. xvi. cap. vi. & Macrob. lib. vi. atque Servium Ver-  
gilii interpretem, qui Nigidio consentiunt bidentes dici bimas hostias; sive quasi biennes, sive quod emi-  
neant ea ætate bini dentes. Vide Bidental, & Bovem bidentem.

Amatio (s) ab amore denominatum.

Ambactus (d) apud Ennium lingua Gallica a-  
ctus (6) dicitur.

(5) Amu-  
tio.

Ambaruales (e) hostiæ appellabantur, quæ pro  
arvis a duobus fratribus (7) sacrificabantur. Am-  
barvalis hostia est, quæ rei divinæ causa circum  
arva ducitur ab iis, qui pro frugibus faciunt.

[6] Servus.

Ambaxioqui (f), circumeuntes catervatim.

Ambegni (g) bos, & vervex appellabantur;  
cum adeorum utraque latera agni in sacrificium  
ducebantur.

[7] Ac fru-  
gibus.

Ambest ita tertiæ personæ verbum est, ut  
nullam aliam habeat declinationem.

Ambidens sive bidens (h) ovis appellabatur,  
quæ superioribus, & inferioribus est dentibus.

Ambiguum est, quod in ambas agi partes ani-  
mo potest: hujusmodi apud Græcos ἀμφιβόλυ  
dicitur.

Ambitio est ipsa actio ambientis.

Ambitus proprie dicitur inter vicinorum ædi-  
ficia locus duorum pedum, & semipedis ad cir-  
cumeundi facultatem relictus, ex quo etiam ho-  
noris ambitus dici cœptus est a circumeundo,  
supplicandoque. Ambitus proprie dicitur circui-  
tus ædificiorum patens in latitudinem pedes  
duos, & semissem; in longitudinem idem, quod  
ædificium, sed & eodem vocabulo crimen avari-  
tiæ, vel adfectati honoris appellatur.

Ambo ex Græco dictum (8) videtur, quod illi (8) Duclum.  
ἀμφο dicunt.

Ambrices regulæ (9), quæ transversæ asseri-  
bus, & tegulis interponuntur. (9) Tegule.

Ambrones fuerunt gens quædam Gallica, qui  
subita inundatione maris, cum amisissent sedes  
suas, rapinis, & prædationibus se, suosque alere  
cœperunt: eos, & Cimbro, Teutonisque C.  
Marius delevit: ex quo tractum est, ut turpis  
vitæ homines Ambrones dicerentur.

Ambulacra, ambulationes.

Amburbiales hostiæ dicebantur, quæ circum  
terminos urbis Romæ ducebantur.

Ambustus, circum ustus.

Amenta, quibus, ut mitti possint, vinciun-  
tur jacula, sive solearum lora, ex Græco, quod  
est ἀμικτω sic appellata: vel quia aptantes ea  
ad mentum trahunt.

Ameria urbs in Umbria, ab Amiro sic appellata.

Y y y

A.

(1) *Anu-*  
*num.* Amia genus piscis.  
Amicinum (1) utris pediculum, ex quo vi-  
num diffunditur.

Amicitiae vocabulum ab amore deducitur;  
quamvis interdum vituperandus sit amor: ab an-  
tiquis autem ameci, & amecae per e litteram ef-  
ferebantur.

Amiculum genus est vestimenti a circumjectu  
dictum.

[2] *Ani-*  
*mula.* Aminula (2) urbs parvarum opum fuit in Ap-  
pulia.

Amiza patris mei soror, quia similiter tertia a  
me sit, atque avia, videri potest dicta, ex eo,  
quod ab antiquioribus avita sit vocitata: sive  
amiza dicta est, quia a patre meo amata est,  
nam plus sorores a fratribus, quam fratres dili-  
gent, videlicet propter dissimilitudinem perso-  
narum, quae ideo minus habent dissensionis, quo  
minus æmulationis.

Amites, perticæ aucupales.

Amnenses appellabantur urbes sitæ prope am-  
nem, ut a mari maritimæ: unde Interamnæ, &  
Antemnæ dictæ sunt, quod inter amnes sunt po-  
sitæ, vel ante se habeant amnes.

Amnis proprie dicitur a circumnando, quo-  
niam am ex Græca præpositione sumptum, quæ  
est ἀμφι significat circum, & nare fluere.

Amcebæum carmen est, quotiens aliqui ex æ-  
quali numero versuum canunt: & ita se habet  
ipsa responsio, ut aut malum, aut contrarium  
aliquid dicat.

Amœna (a) dicta sunt loca, quæ ad se amanda  
alliciant, id est trahant.

Amosio, annuo.

Ampedices dicebantur ab antiquis, quod cir-  
cum penderent, quos nunc appendices appella-  
mus.

Amputata, id est circumputata, dicitur ab  
eo, quod antiqui putum pro puro dicebant; un-  
de deducuntur pudor, & pudicus.

Amsegetes dicuntur, quorum ager viam tan-  
git.

(3) *Am-*  
*permini.* Amtermini (3), qui circa terminos provinciæ  
manent. Unde amiciri, ambarbium, ambarva-  
lia, amplexus dicta sunt.

Amuissim, regulariter tractum a regula, ad  
quam aliquid exæquatur, quæ amuissis dicitur:  
quidam amuissim esse dicunt non tacite, quod  
mutire interdum dicitur loqui.

Anatem morbum anuum dicebant, id est ve-  
tularum; sicut senium morbum senum.

Ancaia dicta sunt ab antiquis vasa, quæ cæla-  
ta appellamus, quod circum cadendo talia  
fiant: ipsum quoque cælare verbum ab eadem  
causa est dictum D littera cum L permutata.

Anceps significare videtur id, quod ex utra-  
que parte caput habeat, ut securis bipennis; sed

magis a capiendo, quod ex utraque parte æque  
captatur 4, appellatum est.

Ancilla dicta ab Anco Marcio, quod is bello (4) *Capia-*  
*tor.* magnum feminarum numerum ceperit, sive ideo  
sic appellantur, quod antiqui anculare dicebant,  
pro ministrare, ex quo dii quoque ac deæ ferun-  
tur coli, quibus nomina sunt Anculi, & An-  
culæ.

Anclabris (b) mensa ministeriis divinis apta:  
vasa quoque ænea, quibus sacerdotes, utuntur,  
anclabria appellantur.

Anclare [5], haurire a Græco ἀντλῶ de- (5) *Antla-*  
*re.* scendit. Livius, *florem anclabant* (6) *Antla-*  
*bant.* liberi ex car-  
*chesis.*

Ancunulentæ feminæ menstruo tempore ap-  
pellantur, unde trahitur inquinamentum.

Ancus appellatur, qui aduncum brachium ha-  
bet, ut exporrigi non possit.

Andron locus domicilii appellatur angustior  
longitudine, in quo viri plurimi (7) moraban- (7) *Pluri-*  
*num.* tur, ut gynæceum a mulieribus.

Andruare, id est recurrere a Græco verbo  
ἀνδροῶν, id est invenire: hinc & druæ vocata est.

Angeronæ deæ sacra a Romanis instituta  
sunt, cum angina omne genus animalium consu-  
meretur, cujus festa Angeronalia dicebantur.

Anginam vinariam habere dicuntur, qui vino  
suffocantur.

Anginortus (c) iter compendiarium in oppido,  
eo quod sit angustus portus, id est aditus in por-  
tum.

Angor (d) est animi, vel corporis cruciatus pro-  
prie a Græco σπινθήρη, (8), id est strangulatione (8) *ἀν-*  
*χινέλλειν.* dictus: unde & faucium dolor angina vocatur.  
Plautus: *vellem me in anginam verti; quo huic*  
*aniculæ fauces præoccuparem.*

Angulus a Græco ἀγγύλον: sive ab eo, quod est (9) *Adduca-*  
*tur.* ἄγγυς, id est prope, quod aduncatur (9): quod ex  
diverso coacta faciunt anguli formam.

Annaria lex dicebatur ab antiquis ea, qua fi-  
niuntur anni magistratus capiendi.

Annus ex Græco venit, quem illi ἔννον di- (10) *Tri-*  
*num.* cunt; & quod nos triennium (10), illi dicunt τριέννον.  
Anquirere est, circumquærere.

Antarium bellum, quod ante urbem geritur.  
Ante Terentius pro antea ponit.

Antefixa, quæ ex opere figulino tectis adfi-  
guntur sub stillicidio.

Antes sunt extremi ordines vinearum: unde  
etiam nomen trahunt antæ, quæ sunt latera o-  
stiorum.

Anteurbana prædia, urbi propinqua.

Antix muliebres capilli demissi in frontem ap-  
pellati ex Græco videntur: quod enim nos con-  
tra, illi ἀντί (11) dicunt. (11) *ἀν-*  
*τίον.*

Anticum (e) veteres etiam pro janua posuere.  
Antigerio antiqui pro valde dixerunt.

An-

a Vide incerta Verrii Flacci ex Isidoro.

b Vide Escariæ, & Exanculare.

c Angustus portus, id est aditus in portum obscurius dictum est, nisi addas hoc est in domum. Varro libro  
quarto, ab angendo, & portu; & quinto, quia in eo nihil potest agi. Festus: portum pro domo in duodecim  
positum omnes consentiunt; & Ulpianus: Portus est conclusus locus quo importantur, & inde exportantur  
merces: unde angiporum dictum est. Donatus in Adelphis: Angiporum est angusta, & curta via, quasi  
anguiportus: alii, quod inter portus sit locus angustus, hoc est inter domos.

d Plaut. in Mostell. paucis immutatis. In anginam ego nunc me velim verti, ut veneficæ illi fauces  
prehendam. e Vide Posticum.

Antios, idest excruciatos.

Antipagmenta, valvarum ornamenta, quæ ant-  
tis adpanguntur, idest adfiguntur.

Antiquare est in morem pristinum reducere.

Antras, convalles, vel arborum intervalla.

Antroare (a) gratias referre : truant, movent :  
truam quoque vocant, quo permovent coquen-  
tes exta.

Anus dicta est ab annorum multitudine, quo-  
niam antiqui non geminabant consonantes : vel  
quod jam sit sine sensu, qui Græce dicitur *yoûs*.

(1) *Anur.* Anxur (1) vocabatur, quæ nunc Tarracina  
dicitur *Volsca* gentis : sicut ait Ennius : *Vulscu-  
lus perdidit Anxur.*

Ape apud antiquos dicebatur, prohibe, com-  
pescere.

Apellinem antiqui dicebant pro Apollinem.

(2) *Daren-  
tur.* Aperta idem Apollo vocabatur, quia patente  
cortina responsa ab eo dentur 2).

Apex, qui est sacerdotum insigne, dictus est  
ab eo, quod comprehendere antiqui vinculo,  
apere dicebant : unde aptus is, qui convenienter  
alicui junctus est.

Apica dicitur ovis, quæ ventrem glabrum  
habet.

Apiculum filum, quo flumines velatum api-  
cem gerunt.

Apluda est genus minutissimæ paleæ frumen-  
ti, sive panici, de qua Nævius : *Non hercle aplu-  
da est hodie, quam tu nequior* : sunt qui aplu-  
dam sorbitionis liquidissimum putent genus,  
quod flatu deiciatur, & quasi adplodatur.

(3) *Aplu-  
stra.* Aplustria (3) navium ornamenta, quæ quia  
erant amplius, quam essent necessaria usu, et-  
iam amplustria (4) dicebantur.

Apollinares ludos, hoc est in laudem Apolli-  
nis, populus laureatus spectabat stipe data pro  
cujusque copia.

(5) *Apor.* Apor 5) apud.

Appellitavisse, appellasse.

Appia via, & aqua ab Appio Claudio est ap-  
pellata.

Apricum locum a sole apertum, a Græco vo-  
cabulo *ἀπειρῆς* appellatur, quasi *ἀπειρῆς* idest sine  
horrore, videlicet frigoris : unde etiam putatur  
Africa appellari.

Aptus cum propria significatione intelligatur,  
poni tamen solet pro adepto : sicut apisci pro  
adipisci.

Apua (b), genus minimi pisciculi.

Apud mutuam loci, & personæ conjunctio-  
nem significat : ut cum dicimus exno apud ami-  
cum. Apud, & penes in hoc differunt : quod al-  
terum personam cum loco significat : alterum  
personam, & dominium, ac potestatem, quod  
trahitur a penitus.

(6) *Viva-  
mus.* Aqua (c) dicitur, a qua vivamur (6). Aqua &  
ignis interdici solet damnatis : quam (7) accipiunt

(7) *Qua.*

nuptæ : videlicet, quia hæ duæ res humanam vi-  
tam maxime continent. Itaque funus profecuti  
redeuntes ignem supergrediebantur aqua adper-  
si : quod purgationis genus vocabant *suffrionem*.

Aquælicium dicitur, cum aqua pluvialis re-  
mediis quibusdam elicitur : ut quondam, si cre-  
ditur, manali lapide in urbem ducto.

Aquagium quasi aquæ agium, id est aqua du-  
ctus appellatur.

Aquarioli dicebantur mulierum impudicarum  
fordidi adfectæ.

Aquilus color est fuscus, & subniger, a quo  
aquila dicta esse videtur : quamvis eam ab acute  
volando dictam volunt. Aquilus autem color ab  
aqua est nominatus : nam cum antiqui duos om-  
nino naturales nossent, idest album & nigrum,  
intervenerit autem is quoque qui ita neutri simi-  
lis est, ut tamen ab utroque proprietatem tra-  
hat, potissimum ab aqua eum denominarunt,  
cujus incertus est color.

Aquilius (d) (8) prænomen (9) ab aquilo colore, [8] *Aquilius*  
idest nigro est dictum. *vel Aquil-*

Aquilo ventus a vehementissimo volatu ad [9] *Nomen.*  
instar aquilæ appellatur.

Aquipenser [10] genus piscis.

Arabice olet, idest ex odoribus Arabicis. [10] *Acipen-*  
*ser.*

Arbilla arvina, idest pinguedo corporis.

Arbiter dicitur iudex, quod [11] totius rei ha- [11] *Qui.*  
beat arbitrium, & facultatem.

Arbitrarium ; cum adhuc res apud arbitrum  
geritur.

Arbitrium dicitur sententia, quæ ab arbitro  
statuitur.

Arbosum pro arbore antiqui dicebant, & ro-  
bosum pro robore.

Arbutus (e) genus arboris frondibus raris. Ver-  
gilius : *Quæ vos raris viridis tegit arbutus*  
*umbra.*

Arca deminutivum facit arculam, & arcel-  
lam : ut porco porculum, & porcellum : a mam-  
ma mammulam, & mammillam.

Arcani sermonis significatio trahitur sive ab  
arce, quæ tutissima pars est urbis, sive a genere  
sacrificii, quod in arce fit ab auguribus adeo re-  
motum a notitia vulgari, ut ne litteris quidem  
mandetur : sed per memoriam successorum cele-  
bretur : sive ab arca, in qua, quæ clausa sunt, tu-  
ta manent, cujus ipsius origo ab arcendo pender.

Arcere est continere : unde & arcus in ædifi-  
ciis dictus est, quia se ipsum continet. Alii di-  
cunt arcum dictum esse ab opere arriendo in al-  
titudinem. Arcere prohibere est : similiter ab-  
arcet prohibet : porcet quoque dictum ab anti-  
quis, quasi porro arcet : & pro eo, quod est con-  
tinet, ponitur : unde & coercere continere dici-  
mus : trahitur autem hoc verbum a Græcorum  
magistratu, quem illi *ἀρχοντα* vocant, in cujus  
potestatem est cogere, vel prohibere.

Y y 2

Ar-

a Vide, an idem sit quod paulo superius andruare : & quod hic trua dicitur, illic drua appelletur.

b *ἀπύλω* Græci dicunt, sed Latini tenui pro aspirata utuntur, ut in aliis. Vide Album.

c Varro minus dure : „ Aqua quod æqua summa quamquam neutram implet aures meas “. De aqua, & igni,  
quæ accipiunt nuptæ : idem Varro videndus libro IIII. & Plutarch. in Problem. & infra Facem.

d Aquillia familia duplex patricia, & plebeja, utraque consularis. Ideo Aquillius nomen malim,  
nam prænomen Aquilius, vel Aquillius nunquam extat, quod sciam. Aquillium autem scribendum esse non  
Aquilium, docent fasti Capitolini, & nummi. e Verg. Ecloga VII.

Arcubiz, qui excubabant in arce.  
Arcula dicebatur avis, quæ in auspiciis veta-  
bat aliquid fieri.

Arculata dicebantur circuli, qui ex farina in  
sacrificiis fiebant.

Arculum (a) appellabant circulum, quem ca-  
piti imponebant ad sustinenda commodius vasa,  
quæ ad sacra publica capite portabantur.

Arculus putabatur etiam deus, qui tutelam  
gereret arearum.

(1) Arciv-  
ma. Arcuma (1) genus plaustrum est modici, quo ho-  
mo gestari [2] possit.

(2) Quod  
homo gesta-  
re. Area proprie dicitur locus vacuus, quasi exa-  
ruerit, & non possit quidquam generare.

Arteria aqua, quæ inferis libabatur, dicta a  
ferendo: sive vas vini, quod sacris adhibebatur.

(3) Argei. Argea (3) loca Romæ appellantur, quod in  
his sepulti essent quidam Argivorum illustres  
viri.

Argennon argentum percandidum.

Argeos vocabant scirpeas effigies, quæ per vir-  
gines Vestales annis singulis jacebantur in Ti-  
berim.

Argus, oculus. Argus nomen est hominis,  
qui fuisse fingitur oculis plenus.

Argutum iri, in discrimen vocari.

Aridum proprie est, quod naturalem humo-  
rem amisit. Dicitur autem per contrariam signi-  
ficationem, quod irrigari desierit: nam Græce  
irrigare est ἄδειν.

(4) Coclio.  
(5) ἄρε. Arilator, qui etiam cocio (4) appellatur, di-  
ctus videtur a voce Græca, quæ est ἄρε (5),  
id est tolle, quia sequitur merces, ex quibus quid  
cadens lucelli possit tollere. Lucellum deminuti-  
vum est a lucro.

Ariminum a nomine fluminis propinqui est di-  
ctum.

Aristophorum vas, in quo prandium fertur,  
ut discus.

Arma proprie dicuntur ab armis, id est hume-  
ris, dependentia: ut scutum, gladius, pugio, si-  
ca; & ea, quibus prope præliatur: sicut tela, qui-  
bus procul.

Armata dicebatur virgo sacrificans, cui laci-  
nia togæ in humerum erat rejecta. Legibus etiam  
Laurentium sancitum est, ne pomum ex alieno  
legatur in armum, id est quod humeri onus sit.

Armentum id genus pecoris appellatur, quod  
est idoneum ad opus armorum. Invenies tamen  
feminine armentas apud Ennium positum.

Armillas ex auro, quas viri militares ab Impe-  
ratoribus donati gerunt, dictas esse existimant,  
quod antiqui humeros cum brachiis armos voca-  
bant: unde arma ab his dependentia sunt vocata.

Armillum vas vinarium in sacris, dictum,  
quod armo, id est humero deportetur.

Armilustrium festum erat apud Romanos,  
quo res divinas armati faciebant: ac dum sacrifi-  
carent, tubis canebant.

[6] Ægnas. Arnæ caput, agni (6) caput.

a Vide Cesticillus. b Nonius assam vocem interpretatus meram, & solam vocem sine organico instru-  
mento ex Varrone: & Pedianus in Divinatione. Can remigibus celeuma per symphonicos solebat, & per  
assam vocem, id est ore prolatam, & ut in Agro navi per citharam. Hæc igitur Pauli verba, non Festi esse  
credendum est. c Non recte, melius ab astu dictus: ut paulo ante.

d Animi vitio mendose.

Arquites arcu præliantes, qui nunc dicuntur  
sagittarii.

Arse verse, averte ignem significat. Tulcorum  
enim lingua arse, averte: verse, ignem constat  
appellari: unde Afranius ait: *Inscribat aliquis  
in ostio arse verse.*

Arlineum ornamentum capitis muliebris.

Artifices dicti, quod scientiam suam per artus  
exercent, sive quod apte opera inter se artent:  
qua ex causa etiam artes appellatæ sunt.

Artitus bonis instructus artibus.

Artus ex Græco appellantur, quos illi ἄρθρα  
dicunt: sive artus dicti, quod membra membris  
artentur.

Arvum dicimus agrum necdum satum.

Arytenam, sive artenam vas ab hauriendo (7) (7) ἀρτε-  
sic appellabant. σθα.

Asparagus herba dicta, quod in aspero virgul-  
to nascatur.

Asia (b) dicebatur cantus tibiarum.

Asseres dicti, quod assideant parieti, trabi-  
busque.

Assiratum (8) apud antiquos dicebatur genus (8) Assa-  
quoddam potionis ex vino, & sanguine tempera-  
tum, quod Latini præsci sanguinem assir voca-  
rent. ratum.

Assi significat at, sed, vel autem.

Astu apud poetas astutiam significat, cujus  
origo ex Græco ab appido ἄστυ deducitur, in quo  
qui convertati assidue sint, cauti, atque acuti  
esse videantur.

Astutus arte tutus [c].

At differentiam rerum significat: ut cum di-  
cimus Scipio est bellator, at M. Cato orator.

Atanuvium (9) est poculi fictilis genus, quo (9) Atta-  
in sacrificiis Romani utebantur sacerdotes. Po-  
titioni. (10) Potioni.

Atavus; quia tata (11) est avi (12), id est pater:  
ut pueri usurpare solent. (11) Atta.  
(12) Aviani.

Atra bilis (d) ab atro, id est animi vitio dicta:  
est enim atrum nigrum, id est a candore remo-  
tum.

Atratas (13) atrii coloris. (13) Atri-  
tas.

Atriplexum herba, quæ nunc atriplex dicitur.

Atrium proprie est genus ædificii ante ædem  
continens mediam aream, in quam collecta ex om-  
ni tecto pluvia descendit: dictum autem atrium,  
vel quia id genus ædificii Atrix primum in  
Etruria sit institutum: vel quia a terra oriatur,  
quasi aterreum [14]. (14) Atri-  
vium.

Atroces appellantur ex Græco, quia illi atro-  
cia appellant, quæ cruda sunt: sive atrox dici-  
tur ab eo, quod nihil timeat: τέρου enim Græci  
dicunt timere.

Attæ appellantur, qui propter vitium cru-  
rum, aut pedum plantis insistant; & attingunt  
magis terram, quam ambulant: quod cognomen  
Quintio poetæ adhæsit.

Attam pro reverentia seni cuilibet dicimus;  
quasi eum avi nomen appellemus.

At-

(1) *Verum.* Atticiffat (a), Attice loquitur. Plautus : non Atticiffat, sed (1) Siciliffat, idest Sicule loquitur. Attinge pro attingam posuere. Auceta sæpe aucta.

Auctarium dicebant antiqui, quod supra mensuram, vel pondus justum adiciebatur, ut cumulus vocatur in modio.

Auctor communis generis apud antiquos.

Auctum vocabatur spatium circi, quod supra definitum modum victoriæ adjungitur.

Audacia ab auide, idest cupide agendo dicta est.

Audacias pluraliter Cato dixit.

Audax deminutivum facit audaculus.

(2) *Audi-*  
*savi.*

Auditavi (2), sæpe audiui.

Aventinus mons intra urbem dictus est, quod ibi rex Albanorum Aventinus bello fuerit extinctus, atque sepultus.

(3) *Avidi-*  
*tas.*

Avere nihil aliud est, quam cupere: argumento est avidum, & aviditatem (3): ex quibus præcipua cupiditas intelligitur, cum significet & gaudere.

Aves ab adventu earum dicuntur, quod inde veniant, unde quis non suspicetur.

(4) *Editur.*

Augur ab avibus gerendoque dictus, quia per eum avium gestus edicitur (4) sive ab avium garritu: unde & augurium.

Auguraculum appellabant antiqui, quam nos arcem dicimus, quod ibi augures publice auspicarentur.

Augustus locus sanctus, ab avium gestu, idest quia ab avibus significatus est, sic dictus: sive ab avium gustatu, quia aves pastæ id ratum facere.

Avidus a non videndo propter nimiam cupiditatem appellatur: sicut amens, qui mentem suam non habet.

Avillas agnas recentis partus.

Aulas antiqui dicebant, quas nos dicimus ollas, quia nullam litteram geminabant. Itaque aulicoqua (5) exta, quæ in aulis (6) coquebantur, dicebant, idest elixa.

(5) *Aulico-*  
*quia.*

(6) *Olli.*

Avolant, evolant.

(7) *Religan-*  
*tur.*

Aureas (b) dicebant frenos, quibus equorum aures rediguntur (7).

Aureax auriga: aureas enim dicebatur frenum, quod ad aures equorum religabatur: orias quo ora coercebantur.

Aureliam (c) familiam ex Sabinis oriundam a Sole dictam putant, quod ei publice a populo Romano datus sit locus, in quo sacra facerent Soli: qui ex hoc, Aufelii dicebantur, ut Valesii, Papisii: pro eo, quod est Valerii, Papirii.

Auricalchum, vel oricalchum quidam putant compositum ex ære, & auro, sive quod colorem habeat aureum: oricalchum sane dicitur, quod in montuosis locis invenitur: mons etenim Græce ὄρος appellatur.

Auritus a magnis auribus dicitur, ut sunt asinorum, & leporum: alias ab audiendi facultate.

a Plaut. in Menalie.

b Vide Oreæ. c A sole Aufelii, origo dura: forte ab aureo sole: nam aurum dicebant aufum Sabini, ut mox videbimus: sic a Corneo Cornelius, a Cereo Cerelius.

Aurum dictum, quia præcipue custoditur. Græce enim ἄσπερ, custodire dicitur: unde & thesaurum. Hippocrates medicus de nomine inventoris id dictum putat: quem vocitatum ait Aurum (8): quidam a similitudine auroræ coloris nomen traxisse existimant: nonnulli quia mentes hominum avertat: alii a Sabinis translatum putant, quod illi aufum dicebant.

(8) *Aurion.*

Aufculari dicebant antiqui pro osculari, quod est os cum ore conferre.

Aufis, audeas.

Aufoniam appellavit Aufon Ulyffis, & Calypfus filius eam primam partem Italiæ, in qua sunt urbes Beneventum, & Cales: deinde paulatim tota quoque Italia, quæ Apennino finitur (9), dicta est Aufonia ab eodem duce, a quo etiam conditam fuisse Aruncam (10) urbem ferunt.

(9) *Sindi-*  
*tur.*

(10) *Au-*  
*runcam.*

Auspicium ab ave spicienda: nam quod nos cum præpositione dicimus aspicio, apud veteres sine a præpositione spicio dicebatur.

Autumnum quidam dictum existimant, quod tunc maxime augeantur hominum opes coactis agrorum fructibus.

Avunculus matris meæ frater. Traxit appellationem ab eo, quod æque tertius a me, ut avus est, sed non ejusdem juris: ideoque vocabuli facta deminutio est: sive avunculus appellatur, quod avi locum obtineat, & proximitate tueatur fororis filium.

Avus patris, matrisque pater dictus a Græco vocabulo, quod est apud eos παππῶς mutatis quibusdam litteris. Alii volunt, quod ex ea voce appelletur, quod apud eosdem Græcos πατρῶν (11) appellatur, significatque magnum: cum veluti magnus pater sit avus. Alii putant avum dictum esse, quia ad duos attingat, quasi addu- [11] α- γός.

Auxiliares dicuntur in bello socii Romanorum exterarum nationum dicti ex Græco vocabulo ἀξήριος, quod nos dicimus rerum crescentium auctorem.

Auxilla, olla parvula.

Axamenta dicebantur carmina saliaria, quæ a Saliis sacerdotibus componebantur in universos homines (composita). Nam in deos singulos versus facti, a nominibus eorum appellabantur, ut Janualii (12), Junonii, Minervii.

(12) *Janu-*  
*lii.*

Axare, nominare.

Axe adglomerati, universi stantes, idest cohortibus, aut legionibus.

Axis, quem Græci ἄξωσα dicunt, plures habet significationes. Nam & pars cæli septentrionalis, & stipes teres, circa quem rota vertitur: & tabula festilis axis appellatur.

Axitiosi factiosi dicebantur: cum plures una quid agerent, facerentque. Axit autem antiquos dixisse, pro egerit, manifestum est: unde Axes mulieres, sive dii dicebantur una agentes.

B.

## B.

(1) *Bac-*  
*sioni, vel*  
*batrioni.*(2) *Bac-*  
*cionem, vel*  
*Batrionem.*(3) *Ballas.*(4) *Mar-*  
*cus.*(5) *Varus.*

**B**acar vas vinarium simile bacrioni (1).  
Bacchanalia dicebantur Bacchi festa.  
Bacrionem (2) dicebant genus vasis lon-  
gioris manubrii : hoc alii trullam appellant.  
Bajulos dicebant antiqui, quos nunc dicimus  
operarios : unde adhuc bajulari dicitur.

Balænx nomen a Græco descendit : hanc illi  
*φάλαγγον* dicunt antiqua consuetudine, qua  
*πύρρον* burrum, *πύξον* buxum dicebant. Balæ-  
nam belluam marinam, ipsam dicunt esse pistri-  
cem, ipsam esse cetum.

Balatrones, & blateas bullas (3) luti ex itine-  
ribus, aut quod de calciamentorum soleis eradi-  
tur, appellabant.

Barathrum Græci appellant locum præcipi-  
tem, unde emergi non possit, dictum ab eo,  
quod est *βαθύς*.

Barbari (a) dicebantur antiquitus omnes gentes  
exceptis Græcis : unde Plautus Nævium poetam  
Latinum, barbarum dixit : & de se cum transfer-  
ret fabulam ex Græco dixit : *M. Attius* (4) *vertit*  
*barbare* (Fortasse & hinc noster apostolus Græ-  
cis, ac barbaris se debitorem esse fatetur).

Barbaricum appellatur clamor exercitus, vi-  
delicet quod eo genere barbari utantur.

Bardus (b) stultus a tarditate ingenii appella-  
tur. Cæcilius : *nimis audacem, nimisque bardum*  
*barbarum* : trahitur autem a Græco, quod illi  
*βαρδεις* dicunt. Bardus Gallice cantor appella-  
tur, qui virorum fortium laudes canit, a gente  
Bardorum, de quibus Lucanus : *Plurima securi*  
*fudistis carmina Bardi*.

Barium urbem Italiæ appellaverunt condito-  
res ejus expulsi ex insula Bara, quæ non longe  
est a Brundisio.

Barrire elephantum dicuntur : sicut oves dicimus  
balare, utique a sono ipso vocis.

Basilica *από τῷ βασιλέως*, hoc est rege dicta.

Basilicum, regale.

Basiliscus appellatur genus serpentis : vel quod  
in capite habeat album instar diadematis : vel  
quod reliqua serpentum genera vim ejus fugiant.

Batus genus herbæ.

Bellariū, & Bellaria res aptas bellis appellabant.

Bellicrepam saltationem dicebant, quando  
cum armis saltabant : quod a Romulo institutum  
est, ne simile pateretur, quod fecerat ipse, cum  
a ludis Sabinorum virgines rapuit.

Bellitudinem sicut magnitudinem Verrius  
(5) dixit.

Bellona dicebatur dea bellorum, ante cujus  
templum erat columella, quæ bellica vocaba-  
tur, supra quam hastam jaciebant, cum bellum  
indicebatur.

Bellule apud Plautum deminutivum adver-  
bium est a bene, quod facit belle, & bellule.

Bellum a belluis dicitur, quia belluarum sit  
perniciosa dissensio.

Bellutus bestię similis.

Beneficarii dicebantur milites, qui vacabant  
muneris beneficio : e contrario munifices voca-  
bantur, qui non vacabant, sed munus reipubli-  
cæ faciebant.

Beneventum (c) colonia cum deduceretur, ap-  
pellari cœptum est melioris omnis causa : nam-  
que eam urbem antea Græci incolentes *μυλοίπων*  
[6] appellarunt.

Benignus proprie dicitur is, qui bonis, & di-  
gnis largitur : est autem compositum ex bono, &  
gignendo.

Benna lingua Gallica genus vehiculi appella-  
tur : unde vocantur conbennones in eadem ben-  
na sedentes.

Bes appellatum est, quod bis triens sit, quam-  
vis dura compositio fiat beffis ex triente : beffis  
unciæ octo sunt, triens (7) quattuor.

Bibliothecæ & apud Græcos, & apud Latinos  
tam librorum magnus per se numerus, quam lo-  
cus ipse, in quo libri collocati sunt, appellantur.

Bidental dicebant quoddam templum, quod  
in eo bidentibus hostiis sacrificaretur. Bidentes  
autem sunt oves (8) duos dentes longiores ceteris  
habentes.

Bigenera dicuntur animalia ex diverso genere  
nata : ut leopardus ex leone & panthera, cicur-  
sus (9) ex apro & scropha domestica ; mulus ex  
equa & asino.

Biginæ geminæ dicuntur, quia bis una die na-  
tæ sunt.

Bilbit factum est a similitudine sonitus, qui  
fit in vase. Nævius : *bilbit amphora*, inquit.

Bilingues Brutates Ennius dixit, quod Brutii  
& Osce, & Græce loqui soliti sint : sunt autem  
Italiæ populi vicini Lucanis.

Billis apud Afros appellatur semen humanum  
humi profusum.

Bonomius, cui geminum est nomen, ut Nu-  
ma Pompilius, Tullus Hostilius.

Bifeta porca dicitur, cujus a cervice fetæ bifa-  
riam dividuntur, cum jam esse incipit major sex  
mensium.

Bitientes dicuntur, qui peregrinantur assidue.

Blandicella verba blanda per deminutionem  
sunt dicta.

Blaterare est stulte, & percupide loqui,  
quod a Græco *βλαξ* originem ducit : sed & came-  
los, cum voces edunt, blaterare dicimus.

Blennos (d) stultos esse Plautus indicat, qui  
ait : *stulti, stolidi, farui, fungi, bardi, blenni,*  
*buccones.*

Blitum genus oleris a saporis stupore appella-  
la-

a Plaut. in Milite. Nam os columnatum poetæ inaudivi esse barbaro. Quoivivi custodes semper totis horis  
accubant idem in Agnaria. Marcus vertit barbare locum Apostoli ex epist. ad Rom. I. nemo credat Festi  
fuisse, sed Pauli qui epitomen confecit.

b Lucan. lib. I. qui cum alio loco non referatur a Festo suspectum hunc facit.

c Vide Segesta. Liv. lib. IX. Plin. lib. III. cap. XI. & Steph. de Urbibus.

d Plaut. in Bacchid.

(6) *μυ-*  
*λοίπων.*(7) *Trien-*  
*tis.*(8) *Hostia.*(9) *Hibris.*

latum esse ex Græco putatur, quod ab his βλαξ dicatur stupidus.

- (1) *Bova.* Boa 1) serpens est aquatilis, quem Græci ὕδρον vocant, a qua isti obturgescunt: crurum quoque, tumor viæ labore collectus, boa (2) appellatur.

Boare, idest clamare, a Græco descendit βοῶ. Boarium forum Romæ dicebatur, quod ibi venderentur boves.

Bocas genus piscis, a boando, idest vocem emittendo appellatur.

Bojæ, idest genus vinculorum tam lignæ, quam ferreæ dicuntur.

Boicus ager dicitur, qui fuit Bojorum Gallorum: is autem est in Gallia citra Alpes, quæ togata dicitur, in qua (3) sunt Mediolanenses.

- (3) *Quo.*  
(4) *Bombi-*  
*ratio, vel*  
*Bombigatio.* Bombitatio (4) est sonus apum, ab ipso sonitu dictus; sicut mugitus boum, hinnitus equorum.

Bona, idest substantia rerum, dicta sunt, quod digna sint bonis.

Botulus genus farciminis propter connexionem a bolis sic appellatur.

Bovem bidentem a dentium numero dicunt appellari.

Bovinatur (a), conviciatur.

- (5) *Bre-*  
*viora.* Brachium nos, Græci βραχίον dicunt: quod deducitur ἀβραχὺ idest breve, eo quod ab humeris ad manus breviores (5) sint, quam a coxis plantæ.

Brassica a præsecando est dicta.

Breve a Græco descendit, quod est βραχὺ.

Bruma a brevitate dierum dicta.

- (6) *Brum-*  
*dam.* Brundisium quidam poetæ brevitatis causa Brendam (6) dixerunt.

Brutianæ parmæ dicebantur scuta, quibus Brutiani sunt usi.

Brutiani (b) dicebantur, qui officia servilia magistratibus præstabant, eo quod hi primum se Hannibali tradiderant, & cum eo perseveraverunt, usque dum recederet de Italia.

Brutum antiqui gravem dicebant.

Bubinare est menstruo mulierum sanguine inquinari. Lucilius: *Hæc inquit te imbubinat, c contra te imbulbitat.* Imbulbitare est puerili stercore inquinari: dictum ex fimo, quod Græci appellant βάλβιτον.

- (7) *Bu-*  
*brum Publi-*  
*num.* Bubleum (c) (7) est genus quoddam vini.

Buccina quam nos appellamus, Græci βυχίον a similitudine soni dicunt.

Bucephalus vocatus est equus Alexandri regis, propter quandam bubuli capitis similitudinem.

Bucerum pecus de bubus dicimus.

Bulgas Galli facculos scorreos appellant.

Bulimam Græci magnam famem dicunt, adfueti magnis, & amplis rebus præponere bu, a magnitudine scilicet bovis: hinc est, quod grandes pueros bupædas appellant; & mariscam ficum, bufycon.

Bulla aurea insignie erat puerorum prætextatorum, quæ dependebat eis a pectore, ut significaretur eam ætatem alterius regendam consilio:

<sup>a</sup> Bovinator tergiverfator. Gell. lib. xi. cap. vii.  
<sup>c</sup> Theocritus Edyll. xiv. Byblini vini facit mentionem.  
<sup>d</sup> Plaut. in Trinum.

dicta autem est a Græco sermone βούλη, quod consilium dicitur Latinæ: vel quia eam partem corporis bulla contingat, idest pectus, in quo naturale manet consilium.

Burrana potio appellatur lacte commixtum sapa: a rufo colore quem burrum vocant.

Burranicum genus vasis.

Burrum dicebant antiqui, quod nunc dicimus rufum: unde rustici burram appellant buculam quæ rostrum habet rufum: pari modo rubens cibo ac potione ex prandio burrus appellatur.

Bustum propriæ dicitur locus, in quo mortuus est combustus, & sepultus: diciturque bustum quasi beneustum: ubi vero combustus quis tantummodo, alibi vero est sepultus, is locus ab urendo ustrina vocatur: sed modo bustum, eo, quod sepelitur, sepulchra vocamus.

Buteo genus avis, quæ ex eo se alit, quod accipitri eripuerit: vastitatisque est causa his locis, quæ intraverit, ut bubo: a quo etiam appellatur buteo.

Buttubata, Nævius pro nugatoriis posuit, hoc est nullius dignationis.

C.

**C**acula (d) servus militis. Plautus: *Video caculam militarem*: dicitur autem a Græco κάλον, quod fustibus, clavisque ligneis ad tutelam dominorum armari soliti sunt.

Caculatum, servitium.

Cadmea terra, quæ in æs conicitur, ut fiat orichalcum.

Caduca auspicia dicunt, cum aliquid in templo excidit, veluti virga e manu.

Caduceatores legati pacem petentes. Cato, *caduceatori*, inquit, *nemo homo nocet.*

Cæculant, cæcis proximi sunt oculorum acie obtusa. Plautus: *num nam mihi oculi cæculant? est ne hic noster Hermio?*

Cæcultare est cæcos imitari.

Cæculus condidit Præneste. Unde putant Cæcilius ortos, quorum erat nobilis familia apud Romanos. Alii appellatos eos dicunt a Cæcade Trojano Æneæ comite.

Cæcum vallum dicitur, in quo præcuti palis terræ adfixi herbis vel frondibus occulantur.

Cædem putant ex Græco dici, quod apud illos κτελεν (8) significat interficere.

Cædere a cædendo [9] dictum.

Cæditæ tabernæ in via Appia a domini nomine sunt vocatæ.

Cælaffis, cælaveris.

Cælestia auguria vocant, cum fulminat, aut tonat.

Cælibem dictum existimant, quod dignam cælo vitam agat.

Cælla, quod ea cælentur, quæ volumus esse occulta.

Cæna apud antiquos dicebatur, quod nunc est

(8) κτελεν  
yeiv.  
(9) Cedere  
cadendo.

<sup>b</sup> Videndus Gell. lib. x. cap. iiii.

est prandium. Vesperna, quam nunc cœnam appellamus.

Cœnacula dicuntur, ad quæ scalis ascenditur.

Cærimoniarum causam alii ab oppido Cære dictam existimant; alii a caritate dictam iudicant.

Cæsar, quod est cognomen Juliorum, a cæsarie dictus est, quia scilicet cum cæsarie natus est.

Cæsariati, comati.

Cætones appellantur ex utero matris exfecti.

Cæstus vocantur & ii, quibus pugiles dimicant, & genus quoddam muliebris ornatus.

Calasis(a) tunicæ genus, quod Græci καλαστῆρον dicunt. Alii dicunt nodum esse tunicæ muliebris, quo connexa circa cervicem tunica submittitur.

Calathos Græci, nos dicimus quasillos.

Calatores dicebantur servi ἀπὸ τῶν κληῖν, quod est vocare, quia semper vocari possent ob necessitatem servitutis.

Calbeos armillas dicebant, quibus triumphantes utebantur, & quibus ob virtutem milites donabantur.

Calces ampullæ plumbeæ.

Calicata ædificia calce polita. Calicatis calce politis.

Calim antiqui dicebant pro clam; ut nis pro nobis; sam pro suam; im pro eum.

Caliptra genus vestimenti, quo capita operiebant.

Calix, quod in eo calidum bibitur: vel a Græco κίλιξ.

Calones, calcei ex ligno facti. Calones militum servi dicti, quia ligneas clavas gerebant, quæ Græci κλάρα vocant. Is quoque, qui huiusmodi telo utitur, clavator appellatur.

Calpar vinum novum, quod ex dolio demitur sacrificii causa ante quam gustetur. Jovi enim prius sua vina libabant, quæ appellabant festa vinalia. Calpar genus vasis fictilis.

Calpurnii a Calpo Numæ regis filio sunt oriundi.

Camara(b), & camuri boves a curvatione ex Græco καμπή dicuntur.

Camelis virginibus supplicare nupturæ solitæ erant.

Camenæ musæ a carminibus sunt dictæ: vel quod canunt antiquorum laudes: vel quod sint castæ mentis præsides.

Camillus proprie appellatur puer ingenuus.

Cana dicunt Græci, nos canistra, & per deminutionem canistella.

Canalicolæ forenses, homines pauperes dicti, quod circa canales fori confisterent.

Cancris dicebantur ab antiquis, qui nunc per deminutionem cancelli, ex quo genere sunt calces, qui per deminutionem appellantur calculi.

Candelabrum dictum, quod in eo candelæ figantur.

Canentas capitis ornamenta.

(1) Canephora (1) mulier appellatur, quæ fert canum, idest qualum, quod est cistæ genus.

Canicæ fures de farre, a cibo canum vocatæ.

Canitudinem pro canitie. Plautus: *Stultus est adversus ætatem, & capitis canitudinem.*

Cannensem (2) curforem Titinius pro pistore dixit.

(2) Cannensem.

Canta pro cantata ponebant.

Cantherius hoc distat ab equo, quod majalis a verre, capus a gallo, vervex ab ariete: est enim cantherius equus, cui testiculi amputantur.

Canturnus nomen loci.

Caperatum rugosum a cornuum caprinorum similitudine dicitur.

Capidulum genus vestimenti, quo caput tegebatur.

Capillatam vel capillarem arborem dicebant, in qua capillum tonsum suspendebant.

Capis poculi genus dictum a capiando.

Capita deorum appellabantur fasciculi facti de verbenis.

Capital (3) facinus, quod capitis poena luitur. Capital linteum quoddam, quo in sacrificiis utebantur.

(3) Capitale.

Capitalis lucus, ubi siquid violatum est, caput (4) violatoris expiatur.

[4] Capite.

Capitarium æs, quod capi potest.

Cappas [5] marinos equos Græci a flexione posteriorum partium appellant.

(5) Campas.

Capræ dictæ, quod omne virgultum carpant, sive a crepitu crurum. Unde & crepas eas prisca dixerunt.

Capreoli vitium cincinni intorti, quia ad locum capiendum tendunt, appellati.

Caprilia appellatur ager, qui vulgo ad Capræ paludes dici solet.

Capronæ equorum jubæ in frontem devexæ, dictæ quasi a capite pronæ.

Caprunculum vas fictile.

Capræ a Græco appellantur. Has illi κάμπρας (6) dicunt.

(6) κάμπρας.

Capfit prehenderit.

Captus locus dicitur ad sacrificandum legitime constitutus.

Capuam in Campania quidam a Capy appellatam ferunt, quem a pede introfus curvato nominatum antiqui, nostri Falconem vocant: alii a planicie regionis.

Capulum & manubrium gladii vocatur, & id, quo mortui efferuntur: utrumque a capiando dictum: sane a capulo fit capularis.

Caput ex Græco dictum, quod illi interdum κάρα dicunt.

Carinantes probra objectantes (7), a carina dicti, quæ est infima pars navis: sic illi sortis infimæ.

[7] Obiicientes.

Carissam (8) apud Lucilium vaftram (9) significat.

[8] Caprifam.

(9) Vaftrum.

Carnificis loco habebatur is, qui se vulnerasset, ut moreretur.

Casa a cavatione dicta.

Casaria, quæ custodit casam.

Calcum, antiquum.

Cafeus a coeundo dictus.

Casnam fabulam Plautus inscripsit ab ancillæ nomine Casina, quam amari a sene introduxit.

Caf-

a Vide Aclassis. b Vide incerta Verrii ex Charisio.

(1) Canephora.



Casnar senex Oseorum lingua.

Cassabundus crebro cadens.

Cassia via a Cassio strata.

Cassiculum reticulum, a cassibus per deminutionem dictum.

Cassilam antiqui pro castide ponebant.

Casta mola genus sacrificii, quod Vestales virgines faciebant.

Castrensi corona donabatur, qui primus hostium castra pugnando introisset, cui insigne erat ex auro vallum.

Casus dicimus non modo ea, quæ fortuito hominibus accidunt, sed etiam vocabulorum formas, quia in aliam, atque aliam cadunt effigiem.

Catachresin tropum nos abusionem dicimus, cum alienis abutimur perinde, ac propriis, cum propria deficiunt.

Catamitum pro Ganymede dixerunt, qui fuit Jovi concubinus.

Catampo genus est lusus.

Catax claudus.

Catifons, ex quo aqua Petronia in Tiberim fluit, dictus, quod in agro cujusdam fuerit Cati.

Catillatio grave obprobrium hominibus generosis obiiciebatur, si qui provincias amicas populi Romani expoliassent.

Catilones (1) appellabant antiqui gulosos.

Catones (2) appellantur portus in mari interioribus arte & manu facti.

Catularia porta Romæ dicta est, quia non longe ab ea ad placandum caniculæ sidus frugibus inimicum rufæ canes immolabantur, ut fruges flavescerent ad maturitatē perducerentur.

Catulinam carnem esitavisse, hoc est comedisse Romanos Plautus in Saturione refert.

Catulus genus quoddam vinculi, qui interdum canis appellatur.

Caudecæ (3) cistellæ ex junco, a similitudine equinæ caudæ factæ.

Caudicariæ naves ex tabulis crassioribus factæ.

Caviarum hostiæ dicebantur, quod caviz [4], idest pars hostiæ cauda tenuis diceretur, & ponebatur in sacrificio pro collegio pontificum quinto quoque anno.

Cavillatio est jocosa calumniatio.

Cavillum, cavillatio, idest irrifio.

Cavitionem dicebant, quam modo dicimus cautionem.

Caulæ a cavo dictæ: antiquitus enim ante usum tectorum oves in antris claudebantur.

Cavum a chao dictum, & (5) ejus inanitate.

Celeres antiqui dixerunt, quos nunc equites dicimus, a Celere interfectore Remi, qui initio a Romulo iis præpositus fuit, qui primitus electi fuerunt ex singulis curiis deni, ideoque omnino trecenti fuere.

Celibari (6) hasta caput nubentis comebatur, quæ in corpore gladiatoris stetit abjecti, occi-

Tom. VII. <sup>a</sup> Circumscripta verba semicirculari videntur a Paulo adjecta, aut mendosa esse.

<sup>b</sup> Illa verba; quæ, & curiæ dictæ sunt, non esse Festi existimo. Vide Curia.

<sup>c</sup> Si recipere volumus illa duo verba item curiata, oportet, ut scribamus per centurias, & curias divisus erat. <sup>d</sup> Varro lib. iv. Germalum a germanis: Romulo, & Remo, quod ad Ficum ruminatam hi inventi. Plutarch. in Romulo Germalum olim a germanis, postea Cermalum dictum esse scribit. Vide Septimontium, & Matrem Matutam.

sique ut quemadmodum illa conjuncta fuerit cum corpore gladiatoris, sic ipsa cum viro sit: vel quia matronæ Junonis Curitis in tutela sint, quæ ita appellabatur a ferenda hasta, quæ lingua Sabinorum curis dicitur: vel quod fortes viros genituras ominetur: vel quod nuptiali jure imperio viri subiicitur nubens, quia hasta summa armorum, & imperii est: quam ob causam viri fortes ea donantur, & captivi sub eadem veniunt, quos Græci *δορυκλώτους* καὶ *δορυκτίτους* vocant.

Celsus ex Græco *κέλης* eques dictus.

Cenina (7) urbs, quæ fuit vicina Romæ a Cenitæ [8] conditore appellata.

Censere nunc significat putare; nunc suadere; nunc decernere.

Censio æstimatio: unde censores. Censio hastaria dicebatur, cum militi multæ nomine ob delictum militare indicebatur, quod hastas daret. Censionem facere dicebatur censor, cum multam equiti interrogabat.

Censores dicti, quod rem suam quisque tanti æstimare solitus sit, quantum illi censuerint.

Censui censendo agri proprie appellantur, qui & emi, & venire (9) jure civili possunt.

Centaurion medicamentum a Chirone centauro inventum.

Centenariæ (a) cænæ dicebantur, in quas lege Licinia non plus centussibus, præter terra nata impendebatur, idest centum assibus (qui erant breves nummi ex ære.)

Centenas pondo dicebant antiqui referentes ad libras.

Centumviralia (b) judicia a centum viris sunt dicta. Nam, cum essent Romæ triginta & quinque tribus (quæ & curiæ dictæ sunt,) terni ex singulis tribubus sunt electi ad judicandum, qui centumviri appellati sunt; & licet quinque amplius, quam centum fuerint, tamen quo facilius nominarentur, centumviri sunt dicti. Centumviralia judicia, quæ centumviri judicabant.

Centuria in agris significat ducenta jugera, in re militari centum homines.

Centuriata (c) comitia, item curiata dicebantur; quia populus Romanus per centenas turmas (10) divisus erat.

Centuriatus ager in ducenta [11] jugera definitus, quia Romulus centenis civibus ducenta (12) jugera tribuit.

Centurionus antea, qui nunc centurio; & curionus, & decurionus dicebantur.

Cercolopis (13) genus simiæ, quæ ultimam partem caudæ villosam habet.

Cercopa Græci appellant lucrari undique cupientem: quasi *κέρδομα*, quem nos quoque lucrionem vocamus.

Cereos Saturnalibus muneri dabant humiliores potentioribus, quia candelis pauperes, locupletes cereis utebantur.

Cermalus (d) locus in urbe sic nominatus.

Z z z

Cer-

(1) Catiliones.  
(2) Catones.

(3) Caudecæ.

(4) Caviarum.

(5) Cavum.

(6) Celibari.

(7) Cenina.

(8) Cenitæ.

[9] Vendi.

(10) Centurias.

[11] Ducenta.

[12] Ducenta.

(13) Cercalopis.

- Cernuus calciamenti genus.  
Cerritus furiosus.
- (1) Con- Cerrones (a) (1) leves & inepti a cratibus di-  
gerrones. sti; quod Siculi adversus Athenienses cratibus  
(2) Pro pro scutis (2) sunt usi, quas Græci γέφυρα ap-  
fratris. pellant.  
Cervaria ovis, quæ pro cerva immolabatur.  
Cervus, quod κέραια, idest cornua gerat, di-  
ctus.
- (3) Cestil- Cestipes est terra in modum lateris cæsa, cum  
lus. herba, sive frutex recisus & truncatus est.  
Cesticillus [b] [3] appellatur circulus, quem superponit capiti, qui aliquid est laturus in capite.  
Chalcidicum genus ædificii, ab urbe Chalcidica dictum.  
Chaos appellat Hesiodus confusam quandam ab initio unitatem hiantem, parentemque in profundum, ex eo & χάος Græci, & nos hiare dicimus. Unde Janus detracta aspiratione nominatur ideo, quod fuerit omnium primus, cui primo supplicabant velut parenti, & a quo rerum omnium factum putabant initium.  
Chilo dicitur cognomento a magnitudine laborum. Cilo sine aspiratione, cui frons est eminentior, ac dextra, sinistraque velut recisa videtur.  
Chœnica mensuræ genus.  
Choragium instrumentum scenarum.  
Cibus appellatur ex Græco, quod illi peram, in qua cibum recondunt κιβωτίον (4) appellant.  
(4) κίβος. Cicatricare cicatricem inducere.  
Cicum membrana tenuis malorum puniceorum.  
Cicindela genus muscarum, quod noctu lucet, videlicet a candore. Unde etiam candelabra putantur appellata.  
[5] Cucu- Cicuma (5) avis noctua.  
ma. Ciere nominare.  
Cilium est folliculus, quo oculus tegitur: unde fit supercilium.  
Cillibæ mensuræ rotundæ.  
Cimbri lingua Gallica latrones dicuntur.  
Cimmerii dicuntur homines, qui frigoribus occupatas terras incolunt, quales fuerunt inter Bajas, & Cumas in ea regione, in qua convallis satis eminenti jago circumdata est, quæ neque matutino, neque vespertino tempore sole contingitur.  
Cincia locus Romæ, ubi Cinciorum monumentum fuit.  
Cincta flaminica veite velata.  
Cingulo nova nupta præcingebatur, quod vir in lecto solvebat, factum ex lana ovis: ut sicut illa in glomos sublata conjuncta inter se sit, sic vir suus secum cinctus, vinculusque esset. Hunc Herculeo nodo vinculum vir solvit omnis gratia: ut sic ipse felix sit in succipiendis liberis, ut fuit Hercules, qui LXX. liberos reliquit.  
Cingulos appellabant homines, qui in his locis, ubi cingi solet, satis sunt tenues.  
Cinxia Junonis nomen sanctum habebatur in nuptiis, quod initio conjugii solutio erat cinguli, quo nova nupta erat cincta.  
Circanea (6) dicitur avis, quæ volans circuitum facit. (6) Cir-  
cendæ.  
Circites circuli ex aere facti.  
Circumluvium jus prædicum.  
Cispius mons in urbe Esquilinæ regionis de nomine cujusdam hominis (7) dictus. (7) Cispii  
Anagnini.  
Cisterna dicta est, quod cis inest infra terram.  
Citeria appellabatur effigies quædam arguta, & loquax, ridiculi gratia, quæ in pompa vehi solita sit. Cato in M. Cæcilium [8]: *Quid ego cum illo disertem amplius, quem ego denique credo in pompa vestiturum ire ludis pro citeria, atque cum spectatoribus sermocinaturum?* [8] Cæ-  
lium.  
Citimus extremus. Uls enim facit ultra, ultimus: cis, citra, citimus.  
Citior comparativum a cito. Plautus: *nullam ego rem citiorem apud homines esse, quam famam reor.*  
Citrosa vestis appellata est a similitudine citri.  
Civicam coronam civis salutis suæ causa servatus in prælio dabat, quæ erat ilignea frondem habens perenne.  
Clacendix (9), genus conchæ. (9) Cal-  
cendix.  
Clam a clavibus dictum, quod his, quæ cæ-  
lare volumus, claudimus.  
Claritudinem claritatem.  
Classes clypeatas antiqui dixerunt, quos nunc exercitus vocamus.  
Classici testes dicebantur, qui signandis testamentis adhibebantur.  
Classis procincta exercitus instructus.  
Clava teli genus qua Hercules utebatur.  
Clavata dicuntur aut vestimenta clavis intertextata (10), aut calciamenta clavis confixa. [10] In-  
textata.  
Claudere c) & clavis ex Græco descendit, cujus rei tutelam penes Portumnus esse putabant, qui clavim (11) manu tenere fingebatur, (11) Cla-  
& deus putabatur esse portarum (12). vum.  
Claudiana tonitrua appellabantur, quia Claudius Pulcher instituit, ut ludis post scenam collectus (13) lapidum ita fieret, ut veri tonitrus similitudinem imitaretur: nam antea leves admodum, & parvi sonitus fiebant, cum clavi & lapides in labrum æneum conicerentur. (12) Por-  
tuum.  
Clavim consuetudo erat mulieribus donare ob significandam partus facilitatem. (13) Conje-  
ctus.  
Clavula, quam Græci κλοφώντα (14) vocant, a brevi conclusione est appellata. [14] πει-  
κλόδον.  
Clavus annalis appellabatur, qui figebatur in parietibus sacrarum ædium per annos singulos, ut per eos numerus colligeretur annorum.  
Clien-

\* Vide Gerræ. b Vide Arculum. c Portumnus portubus præesse notat Servius lib. vi. Æneid. ex illis Vergilii versibus:

Et pater ipse manu magna Portumnus euntem Impulit:

Illa Noto citius volucrique sagitta

Ad terram fugit, & portu se condidit alto.

Et Varro lib. v. Portumnal inquit, a Portumno, cui eo die ædes in portu Tiberino facta & feriæ institutæ. In æreis nummis Neronis portus Ostiensis agnoscitur, cum hujus Dei imagine. Vide Ovid. lib. vi. Fastor.

Clientam (a) pro cliente Plautus dixit.  
 (1) κινγη- Clingere cingere a Græco κλέειν (1) dici  
 λίζεν. manifestum est.

Clitellæ dicuntur non tantum eæ, quibus sar-  
 cinæ conligatæ mulis portantur, sed etiam locus  
 Romæ propter similitudinem: & in via Flaminia  
 loca quædam deversa subinde & accliva: est et-  
 iam tormenti genus eodem nomine appellatum.

Clivia (b) auspicia dicebant, quæ aliquid fieri  
 prohibebant: omnia enim difficilia clivia voca-  
 bant: unde & clivi loca ardua.

Cloacæ a conluendo dictæ.

Cloacale flumen dixit Cato pro cloacarum  
 omnium conluvie.

Cloacare inquinare: unde & cloacæ dictæ.

[2] Cloan- Clœlia familia a Clœlio (2) Æneæ comite est  
 ibo. appellata.

Clœliæ fossæ a Clœlio duce Albanorum  
 dictæ.

Clucidatum dulce, & suave dicebatur.

Clumæ folliculi ordei.

Clunaculum cultrum sanguinarium dictum,  
 vel quia clunes hostiarum dividit, vel quia ad  
 clunes dependet.

Clunas simias a clunibus tritis dictas existi-  
 mant.

Clunes [c] masculine. Plautus: *Quasi lupus ab*  
*armis valeo, clunes infractos fero.*

Clutum Græci κλυτὸν dicunt. Unde acce-  
 pta præpositione fit inclutus. IN enim sæpe au-  
 gendi causa adiciimus, ut invocavit, in clamavit.

Clypeum antiqui ob rotunditatem etiam co-  
 rium bovis appellarunt, in quo scædus Gabio-  
 rum (3) cum Romanis fuerat descriptum.

[3] Sabi- Cnasonas (4) acus, quibus mulieres scalpunt  
 narum. caput.

[4] Cnao- Cnephosum antiqui dicebant tenebricosum.  
 nas. Græci enim κνέφωσ appellat obscurum.

[5] Cocce- Cocetum [5] genus edulii ex melle & papa-  
 rum. vere factum.

[6] Con- Coclacæ [6] dicuntur lapides ex flumine ro-  
 cbalacæ. tundi ad coclearum similitudinem.

Coctiones (d) dicti videntur a cunstatione,  
 quod in emendis, vendendisque mercibus tarde  
 perveniant ad justii pretii finem. Itaque apud an-  
 tiquos prima syllaba per V litteram scribebatur.

[7] Cogen- Coctum a cogendo dicitur, quia coquendo  
 do coercetur. coartetur (7), ut ad utilitatem vescendi perdu-  
 catur.

Cocula vasa ænea coctionibus apta: alii cocu-  
 la dicunt ligna minuta, quibus facile decoquan-  
 tur obsonia.

Codeta ager, in quo frutices existunt in mo-  
 dum codarum equinarum. Codeta appellatur  
 ager trans Tiberim, quod in eo virgulta nascun-  
 tur ad caudarum equinarum similitudinem.

a Plaut. in Milite. *Habeo ecce illam clientam meam, meretricem adolescentulam.*

b Vidend. Plin. lib. x. cap. xiv. Clivinam avem ab antiquis nominatam animadverto ignorari: quidam clamatoriam dicunt, Labeo prohibitoriam.

c Vide incerta Verrii.

d Vide Arilator.

e Plinius lib. xxxiv. cap. vii. Ante omnes in admiratione fuit solis Colossus Rhodi, quem fecerat Chares Lyndius Lysippi discipulus: septuaginta cubitorum altitudinis fuit.

f Non omnibus diebus comitialibus conveniebant; neque semper in comitio: comitiales tamen dies sunt, quibus comitia haberi poterant.

Coelius mons dictus est a Cœle (8) quodam [8] Cœlio  
 ex Etruria, qui Romulo auxilium adversus Sa- Vibenna.

binos præbuit, eo quod in eo domicilium habuit.  
 Cœpiam futurum tempus ab eo, quod est cœ-  
 pi. Cato: *Cœpiam seditiosa verba loqui.* Inveni-  
 tur quoque apud majores & infinitivi modi cœ-  
 pere.

Cogitativum adverbialiter pro cogitate.

Cogitatio dicta velut coagitatio, id est longa  
 ejusdem rei agitatio in eadem mora consilii ex-  
 plicandi.

Cognitor est qui litem alterius suscipit coram  
 eo, cui datus est: procurator autem absentis no-  
 mine auctor (9) fit.

Cognitu facilia eadem ratione dicitur, qua  
 dictu facilia, & perspectu, & factu facilia.

Cognomines dicuntur, qui ejusdem sunt no-  
 minis.

Cohum lorum, quo temo buris cum jugo con-  
 ligatur, a cohibendo dictum. Cohum poetæ cæ-  
 lum dixerunt a chaos: ex quo putabant cælum  
 esse formatum.

Coinquire deputare.

Collus (10) quoque masculine dixerunt: est [10] Culus.  
 enim genus tormenti e corio.

Colluvaris porcus dicitur, qui cibo permix-  
 to, & colluvione nutritur.

Colophon dixerunt, cum aliquid finitum si-  
 gnificaretur.

Colossus (e) a Caleto [11] artifice, a quo for- (11) Coloso,  
 matus est, dictus. Fuit enim apud Rhodum in- Charete.  
 sulam statua solis alta pedes centum & quinque.

Columnæ dictæ, quod culmina sustineant.

Colurna hastilia ex corno arbore facta.

Comedum bona sua consumentem antiqui di-  
 xerunt. Comedo comedonis, qui, ut supra, bo-  
 na sua consumit.

Comissatio a vicis, quos Græci κώμασ di-  
 cunt, appellatur: in his enim habitabant prius,  
 quam oppida conderentur, quibus in locis alii  
 alios convictus causa invitabant.

Comitiales (f) dies appellabant, cum in comi-  
 tio conveniebant, qui locus a coeundo, id est si-  
 mul (12) veniendo dictus est.

Commentacula (13) virgæ, quas flamines por- (12) In  
 tant pergentes ad sacrificium, ut a se homines simul.  
 amoveant. (13) Com-  
 moracula.

Commentaculum genus virgulæ, qua in sa-  
 crificiis (14) utebantur.

Committere proprie est insimul mittere. [14] Sacris.  
 Nunc eo utimur & pro facere, aut pro relinque-  
 re, aut pro incipere.

Commugento convocanto.

Comcedias constat appellari ex eo, quod ini-  
 tio in vicis juvenes cantare soliti essent conve-  
 nientes.

Z z z 2

Co-

Comœdice (a) figuratum a comœdo. Plautus: *Euge heus adstiristi & dulce, & comœdice.*

Comparfit [b] Terentius pro compescuit posuit.

Compascuus ager, relictus ad pascendum communiter vicinis.

Comperce pro compesce dixerunt antiqui.

Compernes nominantur homines genibus plus iusto conjunctis.

Compescere est velut in eodem pascuo continere.

Compescere lucum est lucum suis finibus cohibere.

Compilare est cogere, & in unum condere.

Compitalia festa, quæ in compitis peragebant.

Compluriens a compluribus significat sæpe.

Cato: *Contumelias mihi dixisti compluriens.*

Comprædes ejusdem rei populo sponsores.

Comptus, idest ornatus a Græco descendit, apud quos κομψεῖν dicitur comere: & κομψίος, quod (1) apud nos comis: & comæ dicuntur capilli cum aliqua cura compositi.

(1) Qui.

Conauditum coauditum sicut conangustatum (2) dicitur.

(2) Conangulatum.

Conceptivæ feræ festa dicebantur, quæ incertis diebus servabantur quotannis, ut sementinæ (3), compitaliciæ.

(3) Sementivæ.

Conciliabulum dicitur locus, ubi in concilium convenitur.

Conciliatrix dicitur, quæ viris conciliat uxores, & uxoribus viros.

Concilium dicitur a populi consensu: sive concilium dicitur a concalando, idest vocando (4).

[4] Convocando.

Concinnare est apte componere. Concinnare (5) enim convenire est.

(5) Concinnare.

Concio conventus dicta, quasi convocatio. Concio significat conventum, non tamen alium, quam eum, qui a magistratu, vel a sacerdote publico per præconem convocatur. Concionem antiqui masculino genere posuere.

Concipilavisti dictum a Nævio pro corripuisti, & involavisti.

Conclavatæ dicebantur, quæ sub eadem erant clave.

(6) Clavi.

Conclavia dicuntur loca, quæ una clave (6) clauduntur.

Condere componere. Condere proprie est in unum, & in interiorem locum dare ad custodiam faciliorem: quod verbum nunc significat conscribere: nunc facere: nunc componere, & instruere.

Condicerere est dicendo denuntiare.

Condictio in diem certum ejus rei, quæ agitur, denuntiatio.

Condictum est, quod in communi est dictum.

[7] Condidalus.

Condulus [7] anulus. Condalius similiter anuli genus.

Confecerunt una fecerunt.

Confeta sus dicebatur, quæ cum omni fetu adhibebatur ad sacrificium.

Conflages loca dicuntur, in quæ undique confluunt (8) venti.

(8) Confligunt.

Confoedusti foedere conjuncti.

Confugelam antiqui confugium dicebant.

Congruere dictum est a gruibus, quæ non se segregant (9), sive cum volant, sive cum pascuntur.

(9) Quia non fere segregantur.

Conjector interpret somniorum.

Conitum (10) genus libaminis, quod farina conspersa faciebant. Conitum (11) Afranius pro ornato & excultu (12) posuit.

[10] Conitum, vel comitum, vel Comptum, vel conitum.

Conivola occulta (13).

Conlatia oppidum fuit prope Romam, eo quod ibi opes aliarum civitatum fuerint conlatæ: a qua porta Romæ Conlatina dicta est.

[11] Comptum. [12] Cultum. [13] Oculum.

Conlativum sacrificium dicitur, quod ex conlatione offertur.

Conlativum ventrem (c) magnum, & turgidum dixit Plautus, quia in eum omnia edulia congeruntur.

Conlucare dicebant, cum profanæ silvæ rami deciderentur officientes lumini.

Conquirere coercere.

Conregione e regione.

Conrulsari conquirere. Plautus: *Conruspare tua consilia in pectore.*

Conscripti dicebantur, qui ex equestri ordine patribus adscribebantur, ut numerus Senatorum expleretur.

Consentia sacra, quæ ex multorum consensu sunt statuta.

Considerare a contemplatione siderum videtur appellari.

Consilium vel a consulendo dicitur, vel quod in unam sententiam plurium mentes consiliant (14), & conveniant: sed a silentio credibilis dictum putatur, quo maxime invenitur.

(14) Consi-deant.

Consiluere Ennius pro conticuere posuit.

Consiptum apud Ennium pro conseptum reperitur (15). *Consiptum clavis præfixum.*

(15) Invenitur.

Conspensor conjurator.

Conspensos antiqui dicebant fide mutua conligatos.

Consternatio, quæ est concitatio quædam subita ex aliquo metu; a sternutamento (16) deducta est, quod eo (17) toto concutimur corpore.

(16) Sternutamento. [17] Eo quod.

Constitutus hominum a consistentium multitudine appellatur.

Consualia ludii dicebantur, quos in honorem Consi faciebant, quem deum consilii putabant.

Consuetionem Plautus pro consuetudine dixit.

Consulas antiqui ponebant, non tantum pro consilium petas, & perconteris, sed etiam pro iudices, & statuas.

Contagionem esse dicendum, non contagium.

Contemplari dictum est a templo, idest loco, qui ab omni parte aspici, vel ex quo omnis pars videri potest, quem antiqui templum nominabant.

Contestari est, cum uterque reus dicit, *Testes estote.* Contestari litem dicuntur duo, aut plures

a Plaut. in Milite. Euge αὐτχμηότως Hercle adstittit, & dulce, & comœdice.

b Terent. in Phorm. c Plaut. in Curcul.

res adversarii, quod ordinato iudicio utraque pars dicere solet, *Testes estote.*

Contignum frustum carnis cum septem costis demptum.

Contrarium æs grave æs.

Contubernales dicuntur a tabernis, quæ fiabant ex tabulis: unde & tabernacula dicta sunt, licet ex tentoriis (1), & ex pellibus fiant.

(1) Tentoria.

Contubernium dicitur contubernalium habitatio.

[2] Contuuli.

Contuoli (2) oculi sunt in angustum coacti conniventibus palpebris.

Convallis est planities ex omni parte comprehensa montibus, collibusve. Vallis duobus lateribus inclusa planities. Vallis deminutivum valliscula facit.

(3) Conventa, vel Conventio.

Conventæ (3) conditio dicebatur, cum primus sermo de nuptiis, & earum condicione habebatur.

Conventus quattuor modis intelligitur. Uno, cum quemlibet hominem ab aliquo conventum esse dicimus: Altero, cum significatur multitudo ex compluribus generibus hominum contracta in unum locum: Tertio, cum a magistratibus iudicis causa populus congregatur: Quarto, cum aliquem in locum frequentia hominum supplicationis, aut gratulationis causa colligitur.

Convexum est ex omni parte declinatum, qualis est natura cæli, quod ex omni parte ad terram versus declinatum est.

(4) Primum.

Convicium a vicis, in quibus prius (4) habitatum est, videtur dictum; vel immutata littera quasi convocium.

Convoti iidem votis obligati.

[5] Cupis.

Copona taberna a copis (5) dicta.

Coquitare pro costitare, idest frequenter coquere, Plautus posuit.

Coquum & pistorem apud antiquos eundem fuisse accepimus. Nævius *coquus* inquit *edit Neptunum, Venerem, Cererem*: significat per Cererem panem, per Neptunum pisces, per Venerem holera.

Corbitæ dicuntur naves onerariæ: quod in malo earum summo pro signo corbes solerent suspendi.

(6) Canium.

Corculum a corde dicebant antiqui solertem, & acutum (6). Plautus in *Casina*: *Ego sum liber Meum corculum melliculum verculum.*

Corde frumenta, quæ sero maturescunt, ut fenum cordum.

Corgo apud antiquos pro adverbio, quod est profecto, ponebatur.

Corinthenses ex eo dici cœperunt, ex quo coloni Corinthum sunt deducti, qui antea Corinthii sunt dicti: quam consuetudinem servamus etiam, cum Romanenses, & Hispanienses, & Sicilienses negotiatores dicimus, qui in alienis civitatibus negotiantur.

Corius apud antiquos masculino genere dicebatur. Plautus: *Jam tibi tuis meritis crassus corius redditus est.* Pari modo diverso genere dice-

bant, hæc ludus (7), hæc metus, hæc amnis, hic frons (8).

(7) Lucus.  
(8) Fons.

Corniscarum divarum locus erat trans Tiberim cornicibus dicatus, quod in Junonis tutela esse putabantur.

Cornua Liberi patris simulachro adiciuntur, quem inventorem vini dicunt, eo quod homines nimio vino truces fiunt (9).

(9) Fians, ut bellant.

Corolla deminutivum est a corona: *corollam nova nupta de floribus, verbenis, herbisque a se lectis sub amiculo ferebat.*

Corona, cum videatur a choro dici, caret tamen aspiratione: sive coronæ dicuntur, quod cohonorent eos, quibus imponuntur.

Corpulentis Ennius pro magnis dixit: *nos corpulentum dicimus, corporis ubesi hominem.*

Cossi ab antiquis dicebantur natura rugosi corporis homines, a similitudine vermium ligno editorum, qui cossi appellantur.

Cotiliæ (10) lacus (a) appellatur, quod in eo (10) Cotilia est insula Cotilia nominata a Græcis.

(10) Cotilia.

Coturnium vas, quo in sacrificiis vinum fundebatur.

Coturnix appellatur a sono vocis.

Cracentes graciles. Ennius: *Succincti gladiis media regione cracentes.*

Craticulum a Græco κρητῶν (11) deducitur.

[11] κρητῶν ἢ κρητῶν-μα.

Crebrisuro apud Ennium significat vallum crebris suris, idest palis munitum.

Creduas (b) credas. Plautus: *Ipse nec amat, nec tu creduas.*

Creperum dubium: unde increpitare dicimus, quia male dicta fere incerta, & dubia sunt.

Crepidines saxa prominentia.

Crepitulum (12) ornamentum capitis: id enim in capitis motu crepitum facit.

(12) Crepiculum.

Crepos Romani lupercos dicebant a crepitu pellicularum, quem faciunt verberantes. Mos enim erat Romanis in lupercalibus nudos discurrere, & pellibus obvias quasque feminas ferire.

Creterre vocabulum trahitur a cratero, quod vas est vini.

Crevi modo significat hereditatem adii: modo major astate, vel censu sum: modo iudicavi: modo divisi: quæ omnia a duobus verbis cresco, & cerno veniunt, cujus unius origo ex Græco trahitur, quod illi κρηῖν dicunt perficere.

Crines a discretionem dicti, quam Græci κρησιν (13) appellant: nã iidem eos κρηνας vocant.

[13] διά-κρησιν.

Crocatio corvorum vocis appellatio.

Crocotilum valde exile. Plautus: *Extortis talis cum crecotilis crusculis.*

Crocotinum genus operis pistorii.

Crucium, quod cruciat: Unde Lucilius vinum inluave crucium dixit.

Crumina faculi genus. Plautus: *Dii bene vorant, tene, crumina minuerit triginta mina.*

Crusculum deminutivum a crure.

Crustariæ tabernæ a vasis potoriis crustatis dictæ.

Cru-

a Malim Cutiliæ, ut apud Varronem lib. iv. de lingua Latina, & Plin. lib. iii. cap. xii.

b Plut. in Bacchid.

(1) *Cruſtumerina.* Cruſtumina (a) (1) tribus a Tuſcorum urbe

(2) *Cruſtumeria.* Cruſtumena (2) dicta

(3) *Cumbam.* Cubam (3) Sabini vocant eam, quam militares lecticam, unde videtur derivatum eſſe cubiculum.

Cubans auſpicatur, qui in lecto quaerit augurium.

Culcita, quod tomento inculcatur, appellata.

Culigna vas potorium. Cato, *Culignam* inquit *in faeno Graeco poſito, ut bene oleat.* Culigna vas vinarium a Graeco dicta, quam illi dicunt *κὺλινα.*

Culina vocatur locus, in quo epulae in funere comburuntur.

Culiola [b] cortices nucum viridum, dicta a ſimilitudine culeorum, quibus vinum ſive oleum continetur.

(4) *Culticula.* Culticula (4) fuſticulus quidem ligneus in ſacris dicebatur.

(5) *Aliter.* Cum alter ſignificat cum altero (5), dictum ab antiquis ita brevitatis cauſa, ut fodes pro ſi audes, ſcilicet pro ſcias licet, ſis pro ſi vis.

Cumeram vocabant antiqui vas quoddam, quod opertum in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis uſenſilia, quod & Camillum dicebant, eo quod ſacrorum miniſtrum *κὺμιλλον* appellabant.

Cumerum vas nuptiale a ſimilitudine cumerarum, quae ſunt palmarum vel ſpartearum ad uſum popularem, ſic appellatum.

(6) *Eſt.* Cum imperio eſſe (6) dicebatur apud antiquos, cui nominatim a populo dabatur imperium.

Cum populo agere, hoc eſt populum ad concilium, aut comitia vocare.

(7) *Eſt.* Cum poteſtate eſſe [7] dicebatur de eo, qui a populo alicui negotio praeficiebatur.

Cuncti ſignificat quidem omnes, ſed conſuncti & congregati; at vero omnes etiam ſi diverſis locis ſint.

Cuniculum, id eſt foramen ſub terra occultum, aut ab animali, quod ſimile eſt lepori, appellatur, quod ſubterfoſſa terra latere eſt ſolitum; aut a cuneorum ſimilitudine, qui omnem materiam intrant findentes.

Cunire eſt ſtercus facere: unde & inquinare.

(8) *Scipios.* Cupes, & cupedia antiqui lautiores cibos (8) nominabant: inde macellum forum cupedinis appellabant. Cupedia autem a cupiditate ſunt dicta: vel, ſicut Varro vult, quod ibi fuerit Cupedinis equitis domus, qui fuerat ob latrocinium damnatus.

<sup>a</sup> Dionyſius lib. II. Plutarch. in Romulo. Steph. de urbibus Cruſtumeriam Sabinorum urbem appellant. Livius lib. I. Cruſtuminiū, & Cruſtumerium, & lib. II. Cruſtumeriam Latinorum. Verg. lib. VII. *Æn.* Cruſtumeros. Silius lib. VII. Cruſtumium. Servius Cruſtumium, & Cruſtumerium. Cicero pro Plancio, & pro Balbo Cruſtumina tribum. Verg. lib. II. Georg. Cruſtumia pira. Columella lib. V. cap. X. & lib. XII. cap. X. & Plin. lib. XV. cap. XV. & lib. XXIV. cap. VII. & Cloatius apud Macrobiū lib. III. Saturn. Cruſtumina: prima ſyllaba *CLV.* in monumentis aliquot videmus, in aliis *CRV.* pro tribu. Eligat ex his lector, quod ſequatur: mihi Cruſtumina tribus placet, & Cruſtumeria urbs Latinorum.

<sup>b</sup> Eadem dicuntur verbo Gulliocae.

<sup>c</sup> Quod ait additas eſſe quinque, ut in ſua quiſque curia ſacra publica faceret: eſt ni fallor vel mendosum, vel falſum. Licet verbo centumvitalia, xxxv. curias eaſdem eſſe exiſtiment tribus; quod contra Romanarum rerum memoriam eſt. Videndum eſt, an recte amoveri poſſint illa verba, quibus poſtea addita ſunt quinque, quae fortaſſe Pauli ſunt. His amotis caetera vera ſunt, praeterquam quod de nominibus curiarum ſcribit; quod nonnullis falſum eſſe videtur.

<sup>d</sup> Plaut. in Aulul.

Cupreſſi mortuorum domibus ponebantur ideo, quia huius generis arbor exciſſa non renaſcitur; ſicut ex mortuo nihil jam eſt ſperandum: quam ob cauſam in tutela Divis patris eſſe putabatur.

Cura dicta eſt, quaſi cor edat (9) vel quia (9) *Coreda.* cor urat.

Curatores dicuntur, qui pupillis loco tutorum dantur: ſive illi, qui rei frumentariae, agrive dividendis praepoſiti ſunt.

Curia (c) locus eſt, ubi publicas curas gerebant: Calabria, curia dicebatur, ubi tantum ratio ſacrorum gerebatur. Curiae etiam nominantur, in quibus uniſcujuſque partis populi Romani quid geritur (10): quales ſunt eae, in quas Romulus populum diſtribuit numero triginta (quibus poſtea additae ſunt quinque: ) ut in ſua quiſque curia ſacra publica faceret, ſeriaſque obſervaret: hiſque curiis ſingulis nomina Curiarum virginum impoſita eſſe dicuntur, quas virgines quondam Romani de Sabinis rapuerunt.

Curiales ejuſdem curiae, ut tribules, & municipes. Curiales flamines curiarum ſacerdotes. Curiales menſae, in quibus immolabatur Junoni, quae Curis eſt appellata.

Curia comitia a curiis appellata.

Curii (11) ſana a Curio [12] dicta, quia eo loco domum habuerat. (11) *Curia-ti.*

Curionem (d) agnum Plautus pro macro dixit, quaſi cura macruiffet. (12) *Curia-tio.*

Curionia ſacra, quae in curiis fiebant.

Curionium aes dicebatur, quod dabatur curioni ob ſacerdotium curionatus.

Curis eſt Sabine haſta. Unde Romulus Quirinus, quia eam ferebat, eſt dictus; & Romani a Quirino Quirites dicuntur. Quidam eum dictum putant a Curibus, quae fuit urbs epulentiſſima Sabinorum.

Curitim Junonem appellabant, quia eandem ferre haſtam putabant.

Curriculo pro curſum ponebant. Plautus, *Licet*, inquit, *vos ab re curriculo.*

Curriculus deminutivum eſt a curru.

Curtii locus appellatur a Curtio, qui eo loco in profundiffimum ſe ob ſalutem populi Romani projecit hiatum.

Curules equi quadrigales. Curules magiſtratus appellati ſunt, quia curru vehebantur.

Cuſſilirem pro ignavo dicebant antiqui.

Cuſtodelam dicebant antiqui, quam nunc dicimus cuſtodiam.

Cuſtoditio eſt opera ad cuſtodiendū quid ſuſta.

Cu-

Cutis Græcam habet originem : hanc enim illi κὺτος dicunt.

[1] *Cybele* Cybele (1) mater, quam dicebant magnam, ita appellabatur, quod ageret homines in furorem, quod Græci κίβηλον (2) dicunt. Cybele vero eadem dicta a loco, qui est in Phrygia.

[2] *Cybius* Cybium dictum, quia ejus medium æque patet in omnes partes, quod genus a geometris κὺβον dicitur. Unde etiam tessellæ quadratæ κὺβον. Hinc & κὺβιον genus piscis, quia piscantes id genus piscium velut aleam ludant.

Cyllenius Mercurius dictus, quod omnem rem sermo sine manibus conficiat, quibus partibus corporis, qui carent, κὺλλοὶ vocantur: ideoque quadratum eum fingunt. Alii volunt sic appellatum, quod in Cyllenia via sit nutritus. Alii quod in monte Arcadiæ Cyllene. Alii quod a Cyllene sit nympha educatus.

Cymbam Græci appellant κὺμβον.

Cymbium poculi genus a similitudine navis, quæ dicitur cymba appellatum.

Cynthius Apollo a Cyntho Deli monte vocatus.

Cypariissæ (a) appellantur acies quædam igneæ, quæ noctu apparere solent ad similitudinem compressi.

Cypariissæ dicuntur ignes prodigiosi a similitudine cypressorum.

Cypria Venus, quod ei primum in Cypro insula templum sit constitutum: vel quia parientibus præsideat, quod Græce κὺβον parere sit.

Cyprio bovi merendam, Ennius sotadico versu cum dixit, significat id, quod solet fieri in insula Cypro, in qua boves humano stercore pascuntur. Idem cum dicit, propter stagna, ubi lanigerum genus piscibus pascitur, esse paludem demonstrat, in qua nascuntur pisces similes ranunculis, quos oves consecratæ edunt.

Cytherea, Venus ab urbe Cythera, in quam primum devesa esse dicitur concha, cum in mari esset concepta.

## D.

**D**Acrimas pro lacrymas Livius sæpe posuit, nimirum, quod Græci appellant δάκρυα. Item dautia, quæ lautia dicimus, & dantur legatis hospitii gratia.

Dædalum a varietate rerum, artificiorumque dictam esse apud Lucretium terram, apud Ennium Minervam, apud Vergilium Circem, facile est intelligere, cum Græce δαδάλειον significet variare.

Dagnades sunt avium genus, quas Ægyptii inter potandum cum coronis devincire soliti sunt, quæ vellicando, morsicandoque & canturiendo [3] assidue non patiuntur dormire potantes.

[3] *Canturiendo.*

Dalivum supinum ait esse Aurelius, Ælius stultum. Obscorum quoque lingua significat insanum. Santra vero dici putat ipsum, quem Græci δαίλων, idest propter cujus fatuitatem quis misereri debeat.

\* Vide Cypariissæ; idem enim aliis verbis dicitur.

Damium sacrificium, quod fiebat in aperto in honorem Bonæ deæ dictum a contrarietate, quod minime esset δημόσιον, idest publicum: dea quoque ipsa δαμία, & sacerdos ejus δαμίας (4) (4) *Damiatrix.* appellabatur.

Danistæ feneratoros.

Danunt, dant.

Daps apud antiquos dicebatur res divina, quæ fiebat aut hiberna semente, aut vernâ: quod vocabulum ex Græco deducitur, apud quos id genus epularum δαψ dicitur. Iraque & daptice se acceptos antiqui dicebant significantes magnifice: & dapticum negotium amplum, ac magnificentum.

Dasi dari.

Daunia Appulia appellatur a Dauno Illyricæ gentis claro viro, qui eam propter domesticam seditionem excedens patria occupavit.

Deactio peractio.

Deblasterare est stulte loqui. Nam Græci βλάστειν stultos appellant.

Decalcatum calce litum.

Decermina dicuntur, quæ decerpuntur purgandi causa.

Decima quæque veteres diis suis offerebant.

Decotes togæ detritæ.

Decrepitus est desperatus crepera jam vita: ut crepusculum extremum diei tempus. Sive decrepitus dictus, quia propter senectutem nec movere se, nec ullum facere potest crepitum.

Decultarunt valde occultarunt.

Decumana ova dicuntur: & decumani fluctus, quia sunt magna: nam & ovum decimum majus nascitur, & fluctus decimus fieri maximus dicitur.

Decumanus appellatur limes, qui fit ab ortu solis ad occasum. Alter ex transverso currens appellatur cardo.

Decures decuriones.

Decuriones appellantur, qui denis equitibus præsunt.

Dedita intelligitur valde data.

Defomitatum (5) a fomitibus succisum, quibus confoveri erat solitum. (5) *Deformicatum.*

Defrensam detritam, atque detonsam.

Defrui dicebant antiqui, ut dea mare, deperire: significantes omnem fructum percipere.

Degere (6) antiqui posuerunt pro expectare. (6) *Degere.*

Degonere (7) degustare.

Deinceps qui deinde cepit, ut princeps, qui primum cepit. (7) *Degumare.*

Deincipem antiqui dicebant proxime quæque captum, ut principem primum captum.

Deinde compositum est ex præpositione, & loci significatione: ut exinde, perinde, proinde, subinde; quæ item tempus significant.

Delapidata, lapide strata.

Deliberare a libella, qua quid perpenditur, dictum.

Delibrare aquam sulco derivare.

Delicare ponebant pro dedicare.

Delicata dicebant diis consecrata, quæ nunc dedicata. Unde adhuc manet delicatus, quasi lusu sui

fui dicatus. Dedicare autem proprie est dicendo deferre.

(1) *Fastigium.*

Delicia est tignum quod a culmine ad tegulas angulares infimas versus fastigium (1) collocatur, unde testum deliciatum, & tegulæ deliciares.

Delinquere est prætermittere, quod non oportet præteriri. Hinc deliquia & delicta.

(2) *Delinquendo.*

Deliquium solis a delinquendo (2) dictum, quod delinquat (3) in cursu suo.

(3) *Delinquendo.*

Deliquum (a) apud Plautum significat minus. Delubrum (b) dicebant fustem delibratum, hoc est decorticatum, quem venerabantur pro deo. Deluit solvit a Græco διαλύειν.

Demagis pro minus antiqui dicebant.

Deminutus capite appellatur, qui civitate mutatus est, & ex alia familia in aliam adoptatus: & qui liber alteri mancipio datus est: & qui in hostium potestate venit: & cui aqua, ignique interdictum est.

(4) *Δέμοι.*

Demœ (4) apud Atticos sunt, ut apud nos pagi. Demum quod significat post, apud Livium demus legitur. Alii demum pro dumtaxat posuerunt.

(5) *Denarius.*

Denariæ carimonix dicebantur, & tricenariæ, quibus sacra adituris decem continuis rebus (5) vel triginta certis quibusdam rebus carendum erat.

(6) *Denicales.*

Denicales (6) feriæ colebantur, cum hominis mortui causa familia purgabatur. Græci enim νέκυν mortuum dicunt.

Deorata perorata.

Depeculatus a pecore dicitur; qui enim populum fraudat, peculatus poena tenetur.

Deperire significat valde perire.

Depositum perfectum, quia omnes perfectiones antiqui politiones appellabant.

Depontani (c) senes appellabantur, qui sexagenarii de ponte dei dicebantur.

Deprehensa dicitur genus militaris animadversionis castigatio major, ignominia minor.

Depubem porcum lactantem, qui prohibitus sit pubes fieri.

Depuvere cædere. Lucilius: *palmisque misellam Depuavit me*: id est verberavit me, quod ipsum ex Græco est πάλειν.

Δέρμα Græci appellant pelles nauticas, quas nos vocamus segestria

Derogare proprie est, cum quid ex lege veteri, quo minus fiat, sancitur lege nova: derogare ergo detrudere est.

Desiderare, & considerare a sideribus dici certum est.

Desivare [7] desinere.

Despretus valde spretus.

Deteriæ porcæ, id est macilentæ.

Detrectare est male tractare.

Detudes esse detentos [8] deminutos.

Deversus dicebant deorsum versus.

Devitare valde vitare.

Deus dictus est, quod ei nihil desit, vel quia omnia commoda hominibus dat: sive a Græco δῖος, quod significat metum, eo quod hominibus metus sit: sed magis constat id vocabulum ex Græco θεός esse dictum aspiratione dempta, qui mos antiquis nostris frequens erat.

Dextans dicitur, quia assi deest sextans, quemadmodum duodeviginti & deunx.

Dextimum & sinistimum antiqui dixerunt.

Dextra auspicia prospera.

Dextrarum tibiarum genus est, quæ dextra tenentur.

Diabathra genus solearum Græcanicarum.

Dianus locus Dianæ sacratus.

Dicassit dixerit.

Dice pro dic (9) antiqui posuere.

Dicarchia [10] vocabatur, quæ nunc Puteoli, quod ea civitas quondam justissime regebatur.

Dici (d) mos erat Romanis in omnibus sacrificiis, precibusque populo Romano, Quiritibusque, quod est Curenibus: quæ civitas Sabinorum potentissima fuit.

Dietynda Diana, quam esse lunam putabant, dicta quod fulgore suo noctu omnia ostendat.

Dierectum dicebant per antiphrasin, volentes significare malum diem.

Dies dictus, quod divini sit operis, sive ab Jove ejus, ut putabant, rectore, qui Græce δῖος appellatur: sive quod aer diurnus dehiscat in candorem.

Diffarreatio (e) genus erat sacrificii, quod inter virum, & mulierem fiebat dissolutio: dicta diffarreatio, quia fiebat farreo libo adhibito.

Dignorant (11) signa imponunt, ut fieri solet in pecoribus.

Dilaniare est discindere, & quasi lanam trahere: unde lacinia [12] & lanus dicitur, qui pecus discindit.

Dilectus militum (f), & is, qui significatur amatus, a legendo dicti sunt.

Dio-

a Plautus in Casina. Sine amet, sine, quod lubet, id faciet, quando tibi nil domi Deliquom est.

b Duplex est hujus nominis significatio, nam & pro Dei simulacro, & pro loco Deo consecrato ponitur. Varro apud Macrob. lib. III. Servius lib. II. & v. Æn. Asconius hanc Festi interpretationem reprehendens in Divinat.

c Vide Sexagenarios.

d Hæc erant scribenda infra littera Q. est enim interpretatio illius verbi Quiritibusque. Sed nos Festi, & Pauli errores hac in re secuti sumus, indice tamen adjecto eorum verborum, quæ obiter explicantur.

e Dissolutio matrimonii confarreatione contracti diffarreatio dicebatur. Cicero in Topicis: Genus est uxor, ejus duæ formæ, una matrum familias, hæ sunt, quæ in manum convenere: altera earum, quæ tantummodo uxores habentur. Addi Severinus: „Tribus modis uxor habebatur, usu, farreatione, coemptione, sed confarreatio solis pontificibus, conveniebat, quæ autem in manum per coemptionem convenerant hæ matres f. vocabantur, quæ vero usu, vel farreatione minime“. Et Ulpianus tit. VIII. Institut. „Farre convenitur in manum certis verbis, & testibus decem præsentibus & sollempni sacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur“. Dionysius lib. II. a Romulo rege institutum esse scribit, ut farreatione matrimonia fierent, ab ea re dicta, quod far, quo tunc pane utebantur, communionem vitæ ostenderet. De eodem genere matrimonii Tacitus scribit lib. IV. annalium. Plin. lib. XVIII. cap. III.

f Ita semper, non dilectus in veteribus libris est. Sic in Pandect. Florent. titulo de re militari cap. IV. ita

(7) *Desivare.*

(8) *Detentos.*

(9) *Diam.*  
[10] *Dicarchia.*

(11) *Dignorant.*

[12] *Lacinia.*



Diobolares meretrices dicuntur, quæ duobus obolis ducuntur.

Diomedeas insula, in qua Diomedes sepultus est excedens Italia.

Diomedis campi in Appulia appellantur, qui ei in divisione regni, quam cum Dauno fecit, cesserunt.

Diox genus piscis frequens in Ponto.

Dirigere apud Plautum invenitur pro discere.

Dirunciunt depurgant.

Dirus dei ira natus.

Dirutum ære militem dicebant antiqui, cui stipendium ignominia causa non erat datum: quod æs diruebatur in fiscum, non in militis faculum.

Disertim pro diserte dixerunt antiqui.

Disertiones divisiones patrimoniorum inter consortes.

Disertus a differendo dictus.

Dispensatores (a dicti, qui æs pensantes expendebant, non adnumerabant: hinc deducuntur expensa, sive dispensata, vel compensata, item compendium, dispendium, asspondium, dupondium.

Dispelcere est proprie pecus a passione deducere, ut compescere una pascere, & in uno loco continere.

Diffulus porcus dicitur, cum in cervice fetas dividit.

Distisum, & pertisum dicebant, quod nunc distesum, & pertesum.

Dividiam discordiam.

Dividicula antiqui dicebant, quæ nunc sunt castella, ex quibus a rivo communi aquam quisque in suum fundum ducit.

Dium antiqui ex Græco appellabant, ut a deo ortum, & diurnum sub cælo lumen ἀπὸ τοῦ διός. Unde adhuc sub dio fieri dicimus, quod non fit sub tecto; & interdiu, cui contrarium est noctu. Dium, quod sub cælo est extra tectum, ab Jove dicebatur: & Dialis flamen, & dius heroum aliquis ab Jove genus ducens. Dium fulgur appellabant diurnum, quod putabant Jovis, ut nocturnum Summani.

Doli vocabulo nunc tantum in malis utimur: apud antiquos autem etiam in bonis rebus utebantur: unde adhuc dicimus sine dolo malo; nimirum, quia solebat dici & bonus.

Doliola, locus in urbe sic vocatus, quia invadentibus Gallis Senonibus urbem, sacra in eodem loco doliolis (1) reposita fuerunt: qua de causa in eodem loco ne despuere quidem alicui licebat.

Domus a Græco venit δῶμος.

Donaticæ coronæ dictæ, quod hic victores in ludis donabantur, quæ postea magnificentia causa institutæ sunt super modum aptarum ca-

Tom. VII.

ita etiam scribendum est, titulo communi divid. cap. xx. ubi delictum scripserunt. Vide Lacus Lucrinus, & Neglegens.

<sup>a</sup> Videndus Varro lib. iv. de lingua Lat. & Plin. lib. xxxiii. cap. iii. Vide Pendere.

<sup>b</sup> Vide Hedera. De iis, quæ Diali erant prohibita, vel concessa. Vide Equo vehi, & Fabam, & Funebres & jurare, & Gell. lib. x. cap. xv. & Plutarch. in Problem. Sed quid hæc ad verborum significationem, qua de re agitur?

pitibus: quali amplitudine fiunt cum lares ornantur.

Donum ex Græco est, quod illi vocant δῶρον.

Dorsum dictum, quod pars ea corporis deversa sit deorsum.

Dotem manifestum est ex Græco esse: nam δίδωμαι dicitur apud eos dare.

Dracones dicti ἀπὸ τοῦ δράκοντος, quod est videre. Clarissimam enim dicuntur habere oculorum aciem: qua ex causa incubantes eos thesauris custodia causa finxerunt antiqui. Ideoque Æsculapio adtribuuntur, quod vigilantissimi generis putantur, quæ res medicinae maxime necessaria est.

Dubenus apud antiquos dicebatur, qui nunc dominus.

Dubiat dubitat.

Duco, cum pro puto ponimus, ex Græco deducitur, quod illi dicunt δοκῶ.

Duellum bellum, videlicet quod duabus partibus de victoria contententibus dimicatur. Inde & perduellis (2), qui pertinaciter retinet bellum.

Duicensus dicebatur cum altero, idest cum filio, census.

Duidens hostia bidens.

Duis duas habet significationes: nam & pro dis (3) ponebatur, & pro dederis.

Dumecta antiqui, quasi dumaticeta appellabant, quæ nos dumeta.

Dumosa frondosa.

Duodeviginti dicendi consuetudinem a Græcis traxisse videmus, qui sic enuntiant δυοεξήκονσι (4).

Duonum bonum.

Duplavis duplicabis.

Duplionem antiqui dicebant, quod nos duplum: venit autem a Græco διπλόν.

Dusmoso in loco apud Livium significat dumosum locum: antiqui enim interserebant S litteram, & dicebant cosmittere pro committere, & casmenæ pro camenæ.

## E.

Eamus ex Græco ἴωμεν.

Eapse ea ipsa.

Eccere jusjurandum est, ac si dicatur per Cererem, ut æcastor, ædepol: alii eccere pro ecce positum accipiunt.

Edeatre, qui præsunt regis epulis, dicti ἀπὸ τοῦ ἔδεσμάτων.

Edecimata electa.

Ederam (b) flamini diali neque tangere, neque nominare fas erat, pro eo quod edera vincit ad quodcumque se applicat. Sed ne anulum quidem gerere ei licebat solidum, aut aliquem in se habere nodum.

Effasilatum exertum, quod scilicet omnes exerto brachio sint exfilati, idest extra vestimentum filo contextum.

A a a a

Ef-

(1) Doliis duobus.

(2) Perduellis.

(3) Bis.

(4) δυοιν- δεικον, & ενος δεικον.

(1) *ωσ*, *φάτω*. Effari, & effata a fando, quod ipsum ex Græco *φαττω* [1].  
Effata elocuta.

Egens velut exgens, cui ne gens quidem sit reliqua.

[2] *Conceptum*. Egeriæ nymphæ sacrificabant prægnantes, quod eam putabant facile conceptam (2) alvum egerere.

Egretus & adgretus ex Græco sunt ducta a surgendo, & proficiscendo. Unde & Nyctegressia, quasi noctisurgium.

Ejuratio significat id, quod desideretur, non posse præstari. Plautus: *ejuravit militiam*.

(3) *Calciamenti*. Elacatena a genus salsamenti (3), quod appellatur vulgo malandrea 4.

[4] *Melandria*. Elaudare plus, quam nominare.

Elecebræ argentariæ meretrices, ab eliciendo argento dictæ.

Elestabo eliciam.

Elices sulci aquarii, per quos aqua collecta educitur eliris.

Elinguem sine lingua.

Elixa a liquore dicta.

Elucum significat languidum, ac semiformnum, vel ut alii volunt allucinatore, & nugarum amatorem, sive halonem, idest hesternovino languentem, quem *εωλον* vocitant Græci.

(5) *Avulso*. Elumbem avulso (5) lumbo.

Em pro eum ab eo, quod est is.

Emancipati duobus modis intelliguntur, aut ii, qui ex patris jure exierunt; aut ii, qui aliorum sunt domini (6): quorum utrumque fit

(6) *Domini*. emancipatione.

Emem eundem.

Emere (b) quod nunc est mercari, antiqui accipiebant pro sumere.

Empanda paganorum dea.

Emptivum militem, mercenarium.

Emussitata ad amussim facta.

Endoitium (c) initium.

Endoplorato implorato, quod est cum quaestione inclamare. Implorare namque est cum fletu rogare, quod est proprie vapulantis.

Endoprocinctu in procinctu: significat autem cum ex castris in prælium exitum est, procinctos quasi præcinctos, atque expeditos: nam apud antiquos togis incincti (7) pugnasse dicuntur.

[7] *Succinai*. Ennam, etiam ne,

Enubro inhibenti.

Enunquam ecquando.

Epeus nomen cujusdam fabri, qui equum Dureum fecit.

Epicrocum genus amiculi croco tinctum tenue, & perlucidum.

<sup>a</sup> Plin. lib. xxxii. cap. ult. helacatenes piscis nomen esse ait. Demelandrya vero Varro lib. iv. de ling. Lat. Plin. lib. ix. cap. xv. Athen. lib. iii. cap. xx.

<sup>b</sup> Vide Abemito.

<sup>c</sup> Endoplorato, Endoprocinctu. Sic in xii. tab. manum endojacito pro iniicito, & Ennius, apud Aufonium in monosyllabis: Endo suam do, pro in suam domum. Hac de causa ut arbitror in Calendario Augusti tempore confecto EN pro Interciso notatum est, quasi endotercisum. Vide Sub vos placo & Struere.

<sup>d</sup> Vergil. lib. vi. Æneid. utrumque. Sed non flumen esse ait Erebum, sed tranasse amnes illius loci, qui Erebus dicitur.

<sup>e</sup> Vide Anclabris.

<sup>f</sup> Vide Nec conjunctio, & superefcit.

<sup>g</sup> Talentum Babylonicum est septuaginta minarum Euboicarum, ut Herodotus scribit lib. iii. & Articularum.

Epilimma [8] genus vilissimi unguenti.

Epistylum trabs, quæ super columnas ponitur. [8] *Epilimma*.

Epolonos dicebant antiqui, quos nunc epulones dicimus. Datum autem est his nomen, quod epulas indicendi Jovi, ceterisque diis potestatem haberent.

Epulam antiqui etiam singulariter posuere.

Epulares appellabantur, qui in quibusdam ludis nocte epulabantur.

Equestre æs, quod equiti dabatur.

Equiria ludi, quos Romulus Marti instituit per equorum cursum, qui in campo Martio exercebantur.

Equirine jusjurandum per Quirinum.

Equo vehi flamine diali non licebat, ne si longius digrederetur, sacra neglegerentur.

Equitare antiqui dicebant equum publicum (9) merere. [9] *Equo publico*.

Equus Marti immolabatur, quod per ejus effigiem Trojani capti sint, vel quod eo genere animalis Mars delectari putaretur.

Eretum citumque fit inter consortes, ut in libris legum Romanarum (10) legitur. Eretum a [10] *Regum Romanorum*. coercendo dictum, unde & erciscundæ & ercisci. Citum autem est vocatum a ciendo.

Erebum (d) Vergilius interdum obscuritatem quandam esse describit apud inferos, cum ait: *Imas Erebi descendit ad umbras*. Interdum flumen ejusdem loci dicens: *Et magnos Erebi transnavimus amnes*. Varro vero *Erebo natam noctem* ait. Unde est & illud: *Erebo creata fuscis crinibus non te invoco*.

Ergo correptum significat idem, quod apud Græcos *ὄν* producte, idem quod *χαρῶν*, hoc est gratia, cum scilicet gratia intelligitur pro causa. Sed illud superius etiam sine exemplis notum est; hoc inferius sic formatur: cum dicimus de aliquo, statua donatus est honoris, virtutisque ergo, idest honoris, virtutisque causa.

Eritudo servitudo.

Erugere semel factum (11) significat, quod erugere sapius; illud enim perfectæ formæ est, hoc frequentativæ. [11] *Ruġur*.

Eryum & ervilia a Græco sunt dicta, quia illi eryum *ἔρυον*, ervilia *ἔρβιον* appellant.

Escarix (e) mentæ quadratæ vocantur, in quibus homines epulantur. Anclabris ea, quæ in sacrificando diis anclatur (12), quod est havritur, ministraturque. [12] *Anclatur*.

Escit (f) (13) erit,

Euboicum (g) talentum nummo Græco septem millium, & quingentorum cistophorum est, nostro quattuor millium denariorum. [13] *Efit*.

Eu-

(1) κλυ-  
σμός. Eudixion lineum filum, quod medici extremo in clysterio relinquunt, per quod climos (1) emittitur.

Evelatum (a) eventilatum. Unde velabra, quibus frumenta ventilantur.

(2) Qui. Everriator vocatur, qui accepta jure hereditate justa facere defuncto debet, quæ (2) si non fecerit, seu quid in ea re turbaverit, suo capite luat: id nomen ductum a verrendo. Nam exverræ sunt purgatio quædam domus, ex qua mortuus ad sepulturam ferendus est, quæ fit per everriatorem certo genere scoparum adhibito, ab extra verrendo dictarum [3].

[3] Diſta. Eum antiqui dicebant pro eorum.

Europam tertiam orbis partem ab Europa Agenoris filia certum est appellari. Sed alii de amore Jovis in taurum versi narrant. Alii eam a prædonibus raptam, & navem, quæ Jovis tutelam (4) effigiem tauri habuerit, in eam regionem esse delatam. Quidam ob pulchritudinem regionis per simulationem raptæ filia occupatam eam terram ab Agenore, & Phœnicibus ferunt.

(4) Tutela. Exagogen evectionem.

Examen est & æquamentum, & judicii investigatio, & apum congregatio, vel locustarum.

Examum regulariter: amussis enim regula fabrorum est: vel, ut alii volunt, ferramentum, quo in poliendo utuntur.

[5] Exuber. Exanclare exhaurire.

Exbueres (5) exinteratas; sive exbuæ (6) quæ ebiberunt, quasi epotæ.

(6) Exuber. Excedere egredi.

Excidionem urbis a cædendo dictam manifestum est.

Exciet excutiet.

Excipuum, quod excipitur, ut præcipuum, quod ante capitur.

(7) Cæden- do. Excudere, procudere, & incus ipsa a cudento (7) dicta sunt.

Exdorsua dorsum confringe; alii exime.

(8) Exclu- za. Exduta (8), exuvia.

Exemplum est, quod sequamur, aut vitemus: exemplar, ex quo simile faciamus. Illud animo æstimatur, istud (9) oculis conspicitur.

(9) Et hæc. Exercirent sarcirent.

Exercitionem exerciti dicebant antiqui: exercitationem exercitati. Item exercitiorem exercitissimum, sicut ab exercitato exercitiorem exercitissimum.

Exercitus & militum copia dicitur: & homo multis negotiis exercitus: sed superius quarti ordinis, hoc secundi est.

Exesto extra esto: sic enim licet in quibusdam sacris clamitabat: hostis, vincus, mulier, virgo exesto: scilicet interesse prohibebatur.

Exfir purgamentum, unde adhuc manet suffitio.

Exfuti exfusi, ut mertat pro mersat.

Exgregiæ (b) egregiæ idest e grege lectæ.

Exhaustant efferunt.

Exiles & ilia a tenuitate viarum, quas Græci in chartis ita appellant, videntur esse dicta.

Exilica causa, quæ adversus exulem agitur.

Eximium inde dici cœptum, quod in sacrificiis optimum pecus e grege eximebatur: vel quod primum erat natum.

Exin metrica causa dicitur pro exinde.

Exinfulabat (10) exerebat: infulas enim sacerdotum filamenta vocabant.

Existimare dictum est ab æstimatione.

Exitium antiqui ponebant pro exitu: nunc exitium pessimum exitum dicimus.

Exodium (11) exitum.

Exoletus qui adolescere, idest crescere desit.

Exomides sunt comici vestitus exertis humeris.

Exoriri surgere.

Expapillato brachio exerto; quod cum fit, papilla nudatur.

Expatate in locum patentem se dare, sive in spatium se conferre.

Expectorat ex pectore eiicit.

Expergitus ab alio excitatus, quem solemus dicere expergefactum.

Experitos imperitos.

Experrectus a corrigendo se vocatus, quod fere facimus recentes a somno. Experrectus est, qui per se vigilare cœpit.

Expient expient.

Explorare antiquos pro exclamare usos, sed postea prospicere, & certum cognoscere cœpit significare: itaque speculator ab exploratore hoc distat, quod speculator hostilia silentio perspicit, explorator pacata clamore cognoscit.

Exporgere porro agere, exporrigerere.

Expreta (12) antiqui dicebant, quasi exper- (12) Exper- ta. (13) Ex per- ritia.

Exrogare est ex lege veteri aliquid eximere per novam legem.

Exta dicta, quod ea diis profecentur, quæ maxime extant, eminentque.

Externus est alienæ (14) terræ. (14) Ali- nus v. c. alius.

Exterraneus ex alia terra. Exterraneus (15) quoque dicitur, & qui ante tempus natus, vel potius ejectus est: dictus autem exterraneus (16) quod eum mater exterrita alvo ejecit. (15) Exter- ricineus. (16) Exter- ricineus.

A a a a z

Ex-

rum minarum septuaginta duarum, ut Ælianus affirmat lib. 1. cap. xxii. de varia historia. Omne autem talentum est sexaginta minarum, minæ autem singulæ centenas drachmas continent; ut Africanus, & Julius Pollux scribunt: Sic fit, ut Euboicum talentum sit sexaginta minarum Euboicarum, ut Atticum est sexaginta Atticarum: hoc autem continet sex millia drachmarum Atticarum, & totidem millia denariorum, ut verbo Talentorum Festus scribit: quod etiam Plinius ait lib. xxxv. cap. xi. & Athen. lib. xv. cap. vi. & Pollux lib. ix. Itaque si lxx. minæ Euboicæ æstimantur lxxii. Atticis, & eadem proportio est in drachmis, sive denariis: triginta quinque drachmæ Euboicæ æstimantur Atticis drachmis triginta sex. Talentum vero Euboicum æstimatur drachmis Atticis, sive denariis centum septuaginta uno supra sex millia. Mendose igitur Festus ait quatuor millibus denariorum æstimari. Quod vero ad cistophoros attinet, nihil a me certi statui potest. Non ignoro Pollucem dicere Babylonicum talentum æstimari septem millibus drachmarum Atticarum, sed mihi verisimilior videtur Æliani opinio, ut Euboicæ minæ ab Atticis differant.

a Ventilabra appellat Columella lib. ii. cap. x. & Varro lib. iv. de ling. Lat.  
b Vide Abgregare.

Extimum extremum significat, ita ut intimo sit contrarium.

Extrarium ab extraneo sic distinguitur: extrariusest, qui extra focum, sacramentum, jusque sit: extraneus ex altera terra quasi exterraneus.

(1) Exurgentes.

Exurgentes (1), exprimentes.  
Exuviae ab exuendo dictae.

## F.

**F**Abam nec tangere nec nominare Diali flammis licet, quod ea putatur ad mortuos pertinere. Nam & lemuralibus jacitur larvis, & parentalibus adhibetur sacrificiis, & in flore ejus luctus litterarum apparere videntur.

Fabiani (a), & Quintiliani appellabantur luperci a Fabio & Quintilio praepositis suis.

Facem in nuptiis in honorem Cereris praeferebant, aquaque spargebatur nova nupta: sive ut casta, puraque ad virum veniret; sive ut ignem atque aquam cum viro communicaret.

Facies antiqui dicebant, ut fides.

Faceffere (b) significat interdum facere, ut est, *Jussa faceffunt*; interdum vero pro abire ponitur. Pacuvius; *Faceffite omnes hinc*; idest abite.

Factio & factiosus initio honesta vocabula erant; unde adhuc factiones histrionum, & quadrigariorum dicuntur. Modo autem nomine factiois seditio, & arma vocantur.

Facul antiqui dicebant, & faculter pro facile: unde facultas, & difficultas videntur dicta. Sed postea facilitas morum facta est, facultas rerum.

Fagatal facellum Jovis, in quo fuit fagus arbor, quae Jovi sacra habebatur.

(2) Falado.

Fala dicta ab altitudine a falando (2), quod apud Etruscos significat caelum.

Falarica genus teli missile, quo utuntur ex falis, idest ex locis exstructis dimicantes.

Falcones dicuntur, quorum digiti pollices in pedibus intro sunt curvati, a similitudine falcis.

Faleri oppidum a sale dictum.

Falsus, & falsior cum rationabiliter dici possint, non tamen sunt in consuetudine.

Fama a fando dicta: sic apud Graecos φήμη ἀπό τῆς φάσεως.

(3) Familicosam, vel Familicosam.

Famelicosam (3) terram, terram palustrem vocabant.

Famella deminutivum a fama.

Familia antea in liberis hominibus dicebatur, quorum dux & princeps generis vocabatur pater, & mater familiae (4). Unde familiae nobilium Pompiliorum (5) Valeriorum, Corneliorum: & familiares ex eadem familia; postea hoc nomine

(4) Familias.  
(5) Popeliorum.

a Vide Quintia prata.

b Pacuv. in Teuero apud Nonium: Faceffite omnes hinc parumper, tu mane.

c Fasti enim dies festi sunt. Hoc falsum est, sunt enim fasti dies, quibus fari licet praetori juridica verba. Varro, Ovid. Macrob. ab his diebus Fastorum libri appellantur, quibus eos dies cognoscimus, & translaticiae fastos consulum appellamus, quibus Consules singulorum annorum continentur.

d Vide Gell. lib. II. cap. X.

e Enumerat Veranius apud Macrobius lib. III. arbores felices, & infelices, in quibus est ficus atra. Vide Plin. lib. XVI. cap. XXVII.

etiam famuli appellari coeperunt permutata I cum V littera.

Familiaris Romanus, privatus Romanus.

Famino dicito.

Famuletium dicebatur, quod nunc servitium.

Famuli origo ab Osci dependet, apud quos servus famel nominabatur, unde & familia vocata.

Fana, quod fando consecrantur.

Fanatica dicitur arbor fulmine icta.

Fanum a Fano dictum, sive a fando; quod dum pontifex dedicat, certa verba fatur.

Farfenum (6) virgulti genus.

Farrago appellatur id, quod ex pluribus satis pabuli causa datur jumentis.

[6] Farfenum, vel Frafenum.

Farreum genus libi ex farre factum.

Fartores nomenclatores, qui clam velut infarcirent nomina saluatorum in aurem candidari.

Fascinum, & fas a fando nominantur.

Fastigium aedificii summum.

Fastis diebus jucunda (7) fari licebat; nefastis quaedam non fari licebat.

(7) Jura, v. C. juridica.

Fastorum (8) libri appellantur, in quibus totius anni fit descriptio: fasti enim dies fasti (8) sunt.

(8) Fandi.

Fatantur multa fantur.

Faventia bonam ominationem significat. Nam praecones clamantes, populum sacrificiis favere jubebant. Favere enim est bona fari, at (9) veteres poetae pro silere usi sunt favere.

(9) Ac.

Favi a favendo.

Favissae (d) locum sic appellabant, in quo erat aqua inclusa circa templa. Sunt autem, qui putant favissas esse in Capitolio cellis cisternisque similes, ubi reponi erant solita ea, quae in templo vetustate erant facta inutilia.

Faustulum porcellum feturam porcorum.

Februarius mensis dictus, quod tum, idest extremo mense anni populus februareretur, idest lustraretur, ac purgaretur: vel a Junone februat, quam alii februaem, Romani februlum vocant: quod ipsi eo mense sacra fiebant, ejusque feriae erant lupercalia, quo die mulieres februebantur a lupercis amiculo Junonis, idest pelle caprina: quae ob causam is quoque dies februatatus appellabatur. Quaecumque denique purgamenti causa in quibusque sacrificiis adhibentur, februa appellantur. Id vero, quod purgatur, dicitur februatatum.

Fedum antiqui dicebant pro hedo, solus pro holere, fostim [10] pro hoste, fostiam pro hostia.

(10) Fostem.

Felices (e) arbores. Cato dixit, quae fructum ferunt; infelices quae non ferunt.

Femur femoris, & femem feminis; fenero, & fenerator dici potest.

Fe-

Fenus appellatur naturalis terræ fetus, ob quam causam & nummorum fetus fetus est vocatum, & de ea re leges fenebres. Fenus, & fenerratores, & lex de credita pecunia Fenebris, a fetu dicta, quod crediti nummi alios pariant, ut apud Græcos eadem res τὸν θῶν dicitur: fenum quoque pratorum ab hac causa est appellatum, quando idipsum manens quotannis novum parit. Unde etiam festuca vocata est.

Feralia diis manibus sacrata festa a ferendis epulis, vel a feriendis pecudibus appellata.

Ferstum (a) genus libi dictum, quod crebrius ad sacra ferebatur, nec sine strue, altero genere libi, quæ qui adferebant, struferetarii appellabantur.

(1) *Auxiliatores.* Ferentarii auxiliares (1) in bello, a ferendo auxilio dicti: vel quia fundis, & lapidibus pugnabant, quæ tela feruntur, non tenentur, ita appallati. Ferentarii levis armaturæ pugnatore.

Feretrius Juppiter dictus a ferendo, quod pacem ferre putaretur, ex cujus templo sumebant sceptrum, per quod jurarent, & lapidem silicem, quo foedus ferirent.

(2) *Vocata.* Feria a feriendis victimis appellata (2).

Feriæ statæ appellabantur, quod certo, statutoque die observarentur.

Ferias antiqui festas vocabant: & aliæ erant sine die festo, ut nundinæ; aliæ cum festo, ut Saturnalia, quibus adungebantur epulationes ex proventu fetus pecorum frugumque.

(3) *Ferantur.* Ferire dictum, quod ferientes feruntur (3).

Ferocit apud Catonem ferociter agit. Fivere

[4] *Item.* idem (4) pro figere.

Ferus ager incultus.

(5) *Fescennia.* Fescenini versus, qui canebantur in nuptiis, ex urbe Fescennina (5) dicuntur allati: sive ideo dicti, quia fascinum putabantur arcere.

(6) *Fescennia, vel Fescennonea.* Fesnoæ (6) vocabantur, qui depellere fascinum credebantur.

Festram antiqui dicebant, quam nos fenestram.

Fetiales a feriendo dicti: apud hos enim belli, pacisque faciendæ jus est.

Fiber genus bestię quadrupes. Plautus: *Sic me jubes cotidie, quasi fiber salicem*; quo nomine extremæ fluminis oræ appellantur. Unde & fibras jocinorum, & fimbrias vestimentorum dicimus.

Ficolea palus ficulneus.

Fides genus citharæ dicta, quod tantum inter se chordæ ejus, quantum inter homines fides, concordent: cujus deminutivum fidicula est.

Fidosta a fide denominata, ea, quæ maxime fidei erant.

(7) *Felicitas.* Filicata (7) patera dicta, quod ad filicis (8) herbæ speciem sit cæzata.

(8) *Felices.* Filicones (9) mali & nullius usus a filice (10) dicti.

(9) *Felices.* Firmum ἀπὸ τῆς ἑρμικῆς, dictum videtur.

(10) *Felice.* Fiscellus casei mollis appetitor, ut catillones catillorum liguritores.

Fixulas, fibulas.

Flagratores dicebantur genus hominum, quod mercede flagris cædebantur.

Flamearii infectores flamei coloris; violarii violatii coloris dicuntur.

Flamen Dialis dictus, quod filo assidue veletur, indeque appellatur flamen, quasi filamen. Dialis autem appellatur a Dio, a quo vita dari putabatur hominibus.

Flameo amicitur nubens ominis boni causa, quod eo assidue utebatur Flaminica, idest Flaminis uxor, cui non licebat facere divortium. Flammemo vestimento Flaminica utebatur, idest Dialis uxor, & Jovis sacerdos, cui telum fulminis eodem (11) erat colore.

Flaminia (12) dicebatur sacerdotula, quæ Flaminicæ, Diali præministrabat, eaque patrimis & matrimis (13) erat, idest patrem, matremque adhuc vivos habebat.

Flaminicæ ædes domus flaminis Dialis.

Flaminus camillus puer dicebatur ingenuus patrimis, & matrimis (14), qui Flaminio Diali ad sacrificia præministrabat: antiqui enim ministros camillos dicebant. Alii dicunt omnes pueros ab antiquis camillos appellatos, sicut habetur in antiquo carmine, cum pater filio de agricultura præciperet: *Hiberno pulvere, verno luto, grandia farra Camille metes.*

Flaminus circus, & via Flaminia a Flaminio consule dicta sunt, qui ab Annibale interfectus est ad lacum Trasimenum.

Flaminus licitor est, qui Flaminio Diali sacrorum causa præsto est.

Flator tibicen.

Flamina dicuntur, cum ex labore viæ sanguis defluit circa talos.

Florifertum dictum, quod eo die spicæ feruntur ad sacrarium.

Flumentana porta Romæ appellata, quod Tiberis partem ea fluxisse affirmant.

Fluoniam Junonem mulieres colebant, quod eam sanguinis fluxorem in conceptu retinere putabant.

Flostra dicuntur, cum in mari fluctus non moventur, quam Græci μολυκίαν (15) vocant. (15) γαλλήνην.

Focus, fomenta, focillationes, foculi a fovendo, idest calefaciendo dicta sunt.

Fodare, fodere.

Foedus (b) appellatum ab eo, quod in paciscendo foedere hostia (16) necaretur. Vergilius: (16) *Feda, & cæsa iungebant foedera porca*: vel quia in foedere interponatur fides. v. c. feta.

Folium a Græco venit, quod illi dicunt φύλλον, sed ideo per unum L quia antiqui non geminabant consonantes.

Folliculare appellatur pars remi, quæ folliculo est lecta (17), a quo vita follicularis. (17) Τετρα.

Fomites sunt assulæ ex arboribus, dum cæduntur, excussæ dictæ, quod in eo opere occupati, cibus, potuque confoventur. At Opilius adultas jam vites vocari existimat fomites: alii vocari

a Vidend. Cato de re rust.

b Verg. lib. VIII. Æneid. Fetiales autem dici apparet in veteribus monumentis, & a Græcis Dionysio, & Plutarcho ita appellantur a feta fortasse cæsa. Vide Porci.

(11) Fulminare idem.

(12) Flaminilla.

(13) Patrima, & matrima.

(14) Patrimus, & matrimus.

ri putant scintillas, quæ ex ferro candenti maleis excutiuntur: dictæ autem ita, quia igni sunt confotæ: pari modo assulæ, quæ sunt securibus excussæ.

Fonsa fundendo dicitur.

Fontinalia fontium sacra; unde & Romæ fontinalis porta.

Forago filum, quo textrices diurnum opus distingunt, a furando dictum.

Forbeam antiqui omne genus cibi appellabant, quam Græci φορβω vocant.

Forcipes dicuntur, quod his forma, idest calida, capiuntur.

Fordicidiis (a) boves fordæ, idest gravidæ, immolabantur, dictæ a fetu.

Forma significat modo faciem cuiusque rei; modo calidam, ut cum exta, quæ dantur, deforma appellantur. Et Cato ait de quodam ædificio æstate frigidus, hieme formido. Item forma appellatur puls miliacia ex melle.

Formiæ oppidum appellatur ex Græco, velut hormiæ, quod circa id crebræ stationes, tutæque erant, unde proficiscebantur navigaturi.

Formuales forcipes dictæ, quod forma capiant, id est ferventia.

Fornacalia feriæ institutæ sunt farris torrendi gratia: quod ad fornacem, quæ in pistrinis erat, sacrificium fieri solebat. Fornacalia sacra erant, cum far in fornaculis torrebant.

Fortis (1) frugi, & bonus, sive validus.

Forum sex modis intellegitur. Primo negotiationis locus, ut forum Flaminium, forum Julium, ab eorum nominibus, qui ea fora constituenda curarunt, quod etiam locis privatis, & in viis (2), & in agris fieri solet. Alio, in quo iudicia fieri, cum populo agi, conciones haberi solent. Tertio, cum is, qui provinciæ præest, forum agere dicitur, cum civitates vocat, & de controversiis eorum cognoscit. Quarto, cum id forum antiqui appellabant, quod nunc vestibulum sepulchri dici solet. Quinto locus in navi, sed tum masculini generis est, & plurale. Sexto fori significant circensia spectacula, ex quibus etiam minores forulos dicimus. Inde & forare, & foras dare, & fores, & foras, & forecula [3], id est ostiola dicuntur.

Fovii, qui nunc Fabii dicuntur, dicti, quod princeps gentis ejus ex ea natus sit, cum qua Hercules in fovea concubuit. Alii putant eum

primum ostendisse quemadmodum urfi & lupi foveis caperentur.

Fracebunt displicebunt.

Frater (b) a Græco dictus est φράτωρ (4), vel (4) φράτωρ, quod sit fere alter.

Fratilli villi sordidi in tapetis.

Fratrare (c) puerorum (5) mammæ dicuntur, (5) Puellorum, cum primum tumescunt, quod velut fratres pares oriuntur: quod etiam in frumento spica face-re dicitur.

Fratrrix uxor fratris.

Fraus erit, fraudem commiserit.

Fraxare vigiliam circumire.

Fregellæ locus in urbe, in quo civitatis feli (6) hospites habitavere.

(6) Illius.

Fremitum dictum velut ferimentum.

Frendere est frangere: unde est faba fressa: unde & dentibus dicimus frendere.

Frequentarium frequentem.

Frigere & frictum a Græco venit φριγγειν (7). [7] φριγγειν, Fringilla avis dicta, quod frigore cantet, & vigeat; unde & frigitur.

Frivola sunt proprie vasa fistilia quassa. Unde dicta verba frivola, quæ minus sunt fide subnixæ.

Frontem (d) antiqui masculino genere dixere.

Frugamenta a frugibus appellata.

Frunitor & frunitum dixit Cato, nosque, cum adhuc dicimus infrunitum, certum est antiquos dixisse frunitum.

Frutinal (e) 8) templum Veneris fruti (9). [8] Frucinal.

Frux frugis dixerunt antiqui fructam & fructum. (9) Fruta, vel frugi.

Fucilis (10) falsa: dicta autem quasi focata. [10] Fucilis, v. c. Fulgere prisca pro ferire dicebant. Unde fulgur dictum est.

Fulgurium id, quod est fulmine ictum: qui locus statim fieri putabatur religiosus, quod eum Deus sibi dicasse videretur.

Fulmen dictum a fluere (11) flammæ.

(11) Salvore, v. c. fulgore.

Fundus (f) dicitur ager, quod planus sit ad similitudinem fundi vasorum. Fundus quoque dicitur populus esse rei, quam alienat, hoc est auctor.

Funebres tibiæ dicuntur, cum quibus in funere canitur, quas Flamini audire putabant illicitum.

Furcilles, sive furcilla, quibus homines suspendebant.

Fur-

a Varro lib. v. non a fetu, sed quia fert in ventre fordam dici existimat. Ovid. lib. iv. Forda ferens hoc est, secundaque dicta ferende: Hinc etiam fetus nomen habere putant. Festus hordam etiam dici, & hordicidia ostendit littera H.

b Nigidius hoc apud Gell. lib. xiii. cap. iii.

c Vide Sororiare.

d Vide Corius.

e Si liceret in prima littera erratum librarii existimare in hoc nomine, ut in aliis quibusdam, Erucinal potius scriberem templum Veneris Erucina: id fuisse duplex Romæ in capitolio, & ad portam collinam testatur Livius lib. xxii. xxiii. xxx. xl. Extat etiam denarius C. Considi Noniani cum templo in quo ERUC scriptum est. Illud vero, quod in Sicilia Erycina Veneri erat dictum laudatores non desiderat. Sed nil temere affirmandum esse reor.

f Cicero pro Balbo ita fieri populum fundum scribit: si cum iussisset populus Rom. aliquid, si id adscivissent socii populi, ac Latini; & si ea lex, quam nos haberemus, eadem in populo aliquo tamquam in fundo resedisset, ut tum lege eadem is populus teneretur. Significare autem auctorem ex sententia accusatoris Balbi crediderim: „ Negat, inquit, ex fœderato populo quemquam potuisse, nisi is populus fundus factus esset, in hanc civitatem venire“. Et postea: „ Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri, quoniam hoc magnopere delectare verbo, si tum sit fundus, cum scita, ac iussa nostra sua sententia comprobatur; quam cum hospitium fecit? Plautus in Trinummio: „ Nunc mihi is prope conveniendus est, ut quæ cum ejus Filio egi; ei rei fundus pariter sit potior eo“. Adde Gell. lib. xvi. cap. xiii. & lib. xix. cap. viii.

(1) Fore-  
Etes, For-  
Etes, Foro-  
zes.

(2) Vicis.

(3) Forcula.

(1) Furrin-  
nalia.

Furnalia (a) (1) sacra Furinæ, quam deam dicebant.

Forum genitivus pluralis a fure.

Furum nigrum, vel atrum; hinc dicta furnus, furæ, funus, fuligo, fulgus, fumus. Furum bovem, idest nigrum, immolabant Averno.

Futare arguere est; unde & confutare. Sed Caro hoc pro sæpius fuisse posuit.

Futiles dicuntur, qui silere tacenda nequeunt, sed ea effundunt; sic & vasa futilia a fundendo vocata.

G.

Gaja (b) Cæcilia appellata est, ut Romanam venit, quæ antea Tanaquil vocitata erat uxor Tarquinii Prisci regis Romanorum, quæ tantæ probitatis fuit, ut id nomen hominis boni causa frequentent nubentes, quam summam asseverant lanificam fuisse.

Galbeum ornamentum genus.

Gallam [c] bibere, ac rugas conducere ventri, cum ait Lucilius; præmonet parsimonia esse utendum, neque gulæ indulgendum, ventremque coartandum.

Galli qui vocantur Matris Magnæ comites, dicti sunt a flumine, cui nomen est Gallo, quia qui ex eo biberint, in hoc furere incipiant, ut se privent virilitatis parte. Alii putant ideo eos sibi genitalia incidere, quia violaverint nomen patris, matrisve, ne possint ipsi fieri parentes.

Ganeum (d) antiqui locum abditum, ac velut sub terram dixerunt. Terentius: *Ubi illum quæram? credo abductum (2) in ganeum.*

Gannitio canum querula murmuratio.

Galearia (3) a galearum similitudine dicta.

Gaudium ἀπό τῆ γλυκείας dictum.

Gaulus genus navigii pene rotundum.

Gemurfa sub minimo digito pedis tuberculum, quod gemere faciat eum, qui id gerat.

Genas Ennius palpebras putat, cum dicit hoc versu: *Pandite sulci (4) genas, O corde relinquitte somnum.* Alii eas partes putant genas dici, quæ sunt sub oculis. Pacuvius genas putat esse, qua barba primum oritur, hoc versu: *Nunc primum opacat flore lanugo genas.*

Geniales deos dixerunt aquam, terram, ignem aërem; ea enim sunt semina rerum, quæ

Græcorum alii σοιχεῖα alii ἀπέριστα (5) vocant. Duodecim quoque signa, lunam, & solem inter hos deos computabant. Geniales autem dicti a gerendo, quia plurimum posse putabantur, quos postea gerulos appellarunt.

Genialis lectus, qui nuptiis sternitur in honorem genii, unde & appellatur.

Genium appellabant deum, qui vim oprineret rerum omnium gerendarum. Aufustius genius inquit est deorum filius, & parens hominum, ex quo homines gignuntur; & propterea genius meus nominatur, quia me genuit. Alii genium esse putarunt uniuscujusque loci deum.

Gens Ælia (e) appellatur, quæ ex multis familiis conficitur.

Gentilis (f) dicitur & ex eodem genere ortus, & is qui simili nomine appellatur; ut ait Cincius, *gentiles mihi sunt, qui meo nomine appellantur.*

Genuini dentes, quod a genis dependent.

Genus (6) dictum putatur a terræ Græco vocabulo, quam γῆ (7) dicunt.

Germen est, quod ex arborum furculis nascitur, unde & germani, quasi eadem stirpe geniti.

Gerræ crates vimineæ. Athenienses cum Syracusas obsiderent, & crebro gerras poscerent; irridentes Siculi, gerras clamitabant. Unde factum est, ut gerræ pro nugis, & contemptu dicantur.

Gerusia curia ab ætatis vocabulo dicta.

Gestit, qui subita felicitate exhilaratus, nimio corporis motu præter consuetudinem exultat.

Gestus, quo indicatur, quid geratur, præter participium, quod a gerendo deducitur.

Gesum (8) grave jactum.

Gigeria ex multis obsoniis decerpta.

Gingeriator (9) tibicen.

Gingrire anserum vocis proprium est. Unde genus quoddam tibarum exiguarum giugrinæ.

Gliscere crescere est, & (10) glisceræ, mensæ gliscentes, idest crescentes per instructionem epularum scilicet.

Glittis (11) subactis, levibus (12), teneris.

Glocire (13) & glocidare gallinarum proprium est, cum ovis incubitare sunt.

Glomus in sacris crustulum cybii (14) figura & oleo coctum appellatur.

(5) γεό-  
εθλα ἢ  
ἀπέριστα.

(6) Gens.  
(7) γῆ.

(8) Gessum.

(9) Giv-  
nator, vel  
Gingrinator.

(10) Ut.

(11) Glittis.

(12) Leni-  
bus.

(13) Gluc-  
ire.

(14) Rombi,  
vel Cybi cu-  
bi.

Glo-

i Varro lib. v. de lingua Lat. Furnalia, & lib. iv. & vi. Furinalis flamen, & Furinales feriæ. In fastis marmoreis VIII. K. Aug. FVRR. hoc est Furrinalia. Ita credendum est deam ipsam Furrinam esse appellatam.

\* Pauli errorem potius quam Festi, vel Verrii crederem in hoc genere scripturæ, in quo post Constantinum omnes pene librarii, & marmorum incisores errabant. Notum est illud Quintiliani Cajum, & Cajam scribi: dici vero Gajum, & Gajam. Paulum non errasse arbitror, cum viderim antiquissimum Festi fragmentum ordine litterarum scriptum; & Verrius eundem ordinem secutus fuerit in libris de verborum significatione. Secuti igitur sunt sonum, non figuram litteræ: vel cum ipsi alio loco scripserint, imperiti mutarunt, erratum librariorum esse putantes. Quod ad rem ipsam attinet, videad. Plutarch. in Problem. Plin. lib. VIII. cap. XLVIII. Julius Paris in epitome Valerii Maximi de prænominibus. Sed & observatum est omnes mulieres, quæ alio prænominibus carerent, Cajas dictas, earumque libertos Caji prænominibus plerumque appellatos: seque Caji libertos dixere. Vident. Cicero pro L. Murena, & Velius Longus de Orthogr.

† Lucil. lib. xv. apud Nonium: „ Quæ gallam bibere ac rugas conducere ventri Farre aceroso, oleo decumano, pane coegit Cumano “. Sic enim scribendi sunt hi versus.

‡ Terent. in Adelph. „ Ubi ego illum quæram? “

§ Hoc non proprium est Æliæ gentis, sed Cornelix, & Julix, & Claudix, & aliarum.

¶ Scævola pontifex apud Ciceronem in Topicis: „ Gentiles sunt, qui inter se eodem nomine sunt; qui ab ingenuis oriundi sunt; quorum majorum nemo servientem servivit; qui capite non sunt deminuti “.

Gloria a Græca voce dicta, hanc enim illi κλέος vocant.

Glos viri foror a Græco γάμος.

Glucidatum, suave, & jucundum: Græci etenim γλυκὺν dulcem dicunt.

Gluma hordei tunicula, dictum, quod glubatur id granum: unde & pecus glubi dicitur, cujus pellis detrahitur.

Gnæus (a) & corporis insigne, & prænomen, a generando dicta esse, & ea ipsa ex Græco γίγνησι (1) apparet.

(1) γίγνησι.

Gnarigavit significat apud Livium narravit. Gnaruisse narraffe.

Gnarus cum significet id, quod sciens, peritus; tamen invenimus prognare significare aperte.

Gnephofum obscurum, videlicet ex Græco, quod est κνέφος.

(2) Gnitur.

Gnitus (2), & gnixus a generibus prisca dixerunt.

Gnotu cognitu.

Gracchuris urbs Iberæ regionis, dicta a Graccho Sempronio, quæ antea Illurcis nominabatur.

Gracculi a sono oris vocati, sive a gerendo dicti, quod jacta segetum femina plurimum gerant: vel quod ex olivetis cubitum se recipientes duas pedibus baccas, tertiam ore ferant.

Gradivus Mars appellatus est a gradiendo in bella ultro, citroque: sive a vibratione hastæ, quod Græci dicunt κραδαίνειν (3): vel ut alii dicunt, quia gramine fit ortus; quod interpretantur, quia corona graminea in re militari maxime est honorationis.

(3) κραδαίνειν.

Græca sacra, festa Cereris ex Græcia translata, quæ ob inventionem Proserpinæ matronæ colebant: quæ sacra, dum non essent, matronæ, quæ facerent propter cladem Cannensem, & frequentiam lugentium, institutum est, ne amplius centum diebus lugeretur.

Grallatores (b) appellabantur pantomimi, qui ut in saltatione imitarentur ægipanas, adjectis perticis furculas habentibus, atque in his superstantes ad similitudinem (4) crurum ejus generis gradiebantur, utique propter difficultatem consistendi. Plautus: *Vinceretis cursu cervas, & grallatorem gradu.*

(4) Simulationem.

Grammæ oculorum sunt vitia, quas alii grammæ (5) vocant.

(5) Grammas.

Grando guttæ aquæ concretæ solito grandiores.

Grassari antiqui ponebat pro adulari: grassarii (6) autem dicuntur latrones vias obsidentes: gradi siquidem ambulare est, unde tractum grassari, videlicet ab impetu gradiendi.

(6) Grassarii.

Gravastellus (c) lenior. Plautus: *qui est gravastellus, qui advenit?* ut puto gravastellus a gravitate dictus.

Grave as (d) dictum a pondere, quia deni affes, singuli pondo libras (7), efficiebant denarium ab hoc ipso numero dictum. Sed bello Punico

(7) Libræ.

populus Romanus pressus ære alieno ex singulis affibus librariis (8) fenos fecit, qui tantundem (9) valerent. Item nummi quadrigati, & bigati a figura cælaturæ dicti.

(8) Libralibus.

(9) Tantuli.

Gravida est, quæ jam gravatur conceptu: prægnans velut occupata in generando, quod conceperit: inciens propinqua partui, quod incitatus sit fetus ejus.

Greges ex Græco dici, quos illi ἀγέλας [10] solent appellare.

(10) γέρας γερα.

Gricenea (11) funis crassus.

(11) Gricena.

Groma (12) appellatur genus machinulæ cujusdam, quo regiones agri cujusque cognosci possunt, quod genus Græci dicunt γνώμενα.

(12) Groma.

Gruere dicuntur grues, ut sues grunnire: unde tractum est congruere, hoc est convenire, quia id genus volucrum minime solivagum est.

Grumus terræ collectio minor tumulo.

Gullicæ (e) nucum juglandium summa, & viridia pyramina.

Gurgustium genus habitationis angustum, a gurgulione dictum.

Gutturonium vas, ex quo aqua in manus datur: ab eo, quod propter oris angustiam guttatim fluat.

## H.

Habitior pinguior.

Habitulo habitus corporum.

Halapanta significat omnia mentientem: ab eo quod halet omnia: ἄλω enim Græci πῶ πλάνω, id est fallentem appellant.

Hallus (f) pollex pedis scandens super proximum, dictus a saliendo, nam ἄλλομαι Græce, latine significat salio.

Hammo cognominatus, quia in arena putatur inventus, quæ Græce hoc nomine ἄμμος appellatur, cui cornua adfiguntur arietis, a genere pecoris inter quod inventus est.

Hamotrahones alii piscatores, alii qui unco cadavera trahunt.

Hanula parva delubra quasi fanula.

Harviga dicebatur hostia, cujus adhærentia inspiciebantur exta.

Hastæ subiciebanturea, quæ publice venundabant, quia signum præcipuum est hasta. Nam & Carthaginienses cum bellum vellent, Romam hastam miserunt: & Romani fortes viros sæpe hasta donarunt.

He-

<sup>a</sup> Cn. hoc prænomen significari dubitat nemo: & licet sonus Gn. litteræ audiatur, Cn. scribitur: ut in Pandectis Florentinis apparet Gnæum, & Gajum ita scribi ut pronuncietur: corporis autem insigne nævus dicitur, unde Nævvia familia nomen deduxit: additur autem C. antiquo more, ut cum frumentum, feretur, fortis, enatura dicebatur: ex Valerio a Julio Paride relato: qui enumerat triplicem hujus prænominis scribendi rationem. Cn. Gn. N.

<sup>b</sup> Plautus in Pænulo: *Vinceretis cervom cursu, vel grallatorem gradu.* Sic etiam apud Varronem lib. vi. de lingua Lat.

<sup>c</sup> Plaut. in Epid., Sed quis est hæc muliercula, & ille ravisstellus qui venit? "Vide ravicoloris.

<sup>d</sup> Vide Plin. lib. xxxiii. cap. iii. Festum verb. Sextanarij.

<sup>e</sup> Vide eadem verbo Culiola.

<sup>f</sup> Vide Allex.



Hebes retusi acuminis.  
Hecate, Diana, eadem putabatur, & luna,  
& Proserpina.

Hedera (a) dicta, quod hæreat; sive quod edita perat; vel quia id, cui adhæserit, edat: quæ in tutela Liberi putabatur esse, quia ut ille juvenis semper, ita hæc viret: vel quia ita omnia, sicut ille mentes hominum, illigat.

Heliconides musæ a monte Helicone vocatæ.  
Helvacea genus ornamenti Lydii, dictum a colore boum, qui est inter rufum, & album, appellaturque helvus.

Helveus ab hiatu & oscitatione dictus.  
Helvela holera minuta.  
Helvo dictus est immoderate bona sua confumens ab elvendo. Cui aspiratur, ut aviditas magis exprobreter: fit enim vox incitator.

Helus, & helusa antiqui dicebant, quod nunc holus, & holera.

Hemina ex Græco ἡμισυ, quod est dimidia pars sextarii.

Hemona humana, & hemonem hominem dicebant.

Herbam do, cum ait Plautus, significat, visum me fateor, quod est antiquæ, & pastoralis vitæ indicium: nam qui in prato cursu, aut viribus contendebant, cum superati erant, ex eo solo, in quo certamen erat, decerptam herbam adversario tradebant.

Herbilis anser herba pastus, qui gracilior (1) est, quam frumento altus.

Hercus (2) Juppiter intra conspectum domus cujusque colebatur, quem etiam deum penetralem appellabant.

Hercules astrologus dictus, quod eo die se flammis injecit, quo futura erat obscuratio solis.

Here, idest adverbium temporis heri, dictum a Græco ἐχθές.

Heredium (b) prædium parvulum.  
Herem Marteam antiqui accepta hereditate colebant, quæ a nomine appellabatur heredium, & esse una ex Martis comitibus putabatur.

Heres apud antiquos pro domino ponebatur.  
Herma a Græcis ponitur pro firmamento. Unde etiam Mercurii nomen inventoris, ut putabant, firmæ orationis dictum. Interdum etiam faburram significat.

Hernici dicti a saxis, quæ Marsi herna dicunt.  
Hetta res minimi pretii, quasi hieta, idest hiatus hominis, atque oscitatio. Alii pesulam (3) dixerunt esse, quæ in coquendo pane solet adfurgere, a qua accipimus rem nullius pretii, cum dicimus, non hette te facio.

Heus (c) adverbium vocandi a Græco ἤ venit.

Tom. VII.

a Vide Ederam.

b Varro lib. I. cap. X. de re rust. Antiquus noster ante bellum Punicum pendebat bina jugera, quod a Romulo primum divisa dicebantur viritim: quæ, quod heredem sequerentur, Heredium appellarunt.

c Locus mendosus.

d Vide Fordicidiis. In Fastis XVII. Kal. Maii. FORD. scriptum est, non HORD. Varro tamen lib. II. cap. V. de re rust. Hordicalia esse in fastis dicit.

e Duriuscula originis ratio, quæ si vera est, ortus scribendum est, non hortus.

f Ovid. lib. I. Fastor. Victima quæ dextra cecidit victrix vocatur: Hostibus a domitis hostia nomen habet.

g Vidend. Cicero lib. I. Offic. Varro lib. IV. de ling. Lat. Cajus cap. CCXXXIV. de verborum significatione lib. L. Digest.

Hilarodos lascivi & delicati carminis cantor.  
Hilum putant esse, quod grano fabæ adhæret, ex quo nihil, & nihilum.

Hippacare est celeriter animam ducere, ab equi halitu, qui est supra modum acutus.

Hippaginis naves, quibus equi vehuntur, quas Græci ἵππαγωγους dicunt.

Hippius, idest equester Neptunus dictus est, vel quod Pegasus ex eo, & Pegaside natus sit: vel quod equuleus, ut putant, loco ejus suppositus Saturno fuerit, quem pro Neptuno devoraret: vel quod tridentis ictu terra equum excierit, cui ob hoc in Illyrico quaternos equos jaciebant nono quoque anno in mare.

Hippocoum vinum ex insula Coe, dictum ab agro generoso, cui nomen est Hippo.

Hira, quæ deminutive dicitur hilla, quam Græci dicunt ἡρσιον, intestinum est, quod jejunum vocant.

Hircipili durorum pilorum homines.  
Hirquitalli pueri primum ad virilitatem accedentes: a libidine scilicet hircorum dicti.

Hirrire garrire (4), quod genus vocis est canis (4) Ringere.

Histriones dicti, quod primum ex Histria venerint.

Hodidocos (5) latro, atque obfessor viarum. (5) Οδοιδοκός.

Homelium pilei genus.  
Honorarios ludos, quos & liberalia dicebant.

Horctum, & forctum (6), pro bono dicebant. (6) Φρούριον.

Horda (d) prægnans: unde dies, quo gravidæ hostiæ immolabantur, hordicidia.

Hordiarium æs, quod pro hordeo equiti Romano dabatur.

Horreum antiqui dicebant farreum a farre.  
Hortus (e) apud antiquos omnis villa dicebatur, quod ibi, qui arma capere possent, orirentur.

Hostia (f) dicta est ab eo, quod est hostire, ferire.

Hosticapax hostium captor.  
Hostiliis laribus immolabant, quod ab his hostes arceri putabant.

Hostimentum beneficii pensatio.  
Hostis (g) apud antiquos peregrinus dicebatur, & qui nunc hostis perduellis (7).

Humanum sacrificium dicebant, quod mortui causa fiebat. (7) Περιουλλία.

Hyperborei supra aquilonis flatum habitantes dicti, quod humanæ vitæ modum excedant vivendo ultra centesimum annum, idest ὑπερβορέωντος ὄρον sæculi humani.

Hyperionem alii patrem solis, alii ipsum, quod eat super terras, ita appellatum putabant.

B b b b I.

[1] Gracilior.

[2] Hercus.

[3] Pesulam.

## I.

**J**Ambi vocabantur, qui singuli ex proscenio loquebantur; triambi, qui terni.

Janeus janitor.

Janiculum dictum, quod per eum populus Romanus primitus transierit in agrum Etruscum.

Janual libi genus, quod Jano tantummodo libatur.

Ibi dicitur, cum locus semel demonstratur, ibidem cum sæpius.

Icadion nomen sævissimi piratæ.

Icit percussit.

Idulis ovis dicebatur, quæ omnibus Idibus Jovi mactabatur.

Jecunanum (1) victimarium.

(1) Incumanum, vel Jecinorum.

Igitur nunc quidem pro completionis significatione valet, quæ est ergo, sed apud antiquos ponebatur pro inde, & postea, & tum.

Ignem ex domo Flaminia efferri non licebat, nisi divinæ rei gratia.

Ignia vitia valorum fistilium.

Ignis Vestæ si quando interstinctus esset, virgines verberibus afficiebantur a Pontifice, quibus mos erat tabulam felicitatis materiam tandem terebrare (2), quousque exceptum ignem cribro æneo virgo in ædem ferret.

(2) Verberare.

Ignitabulum ignis receptaculum.

Ilia dicta ab ina, quæ pars chartæ est tenuissima.

Illicet sine dubio.

Im ponebant pro eum a nominativo is.

(3) Ob imitationem.

Imago ab imitatione (3) dicta.

Imbarbescere barbatum fieri.

Imbelliam belli inscientiam.

Imbrex (a) nomen cujusdam comici.

Imbrica tempestate pluviam videtur significare.

Imbutum est, quod cujuspiam rei succum bibit: unde infantibus, an velint bibere, dicentes, bu syllaba contenti sumus.

Immanis, ferus, sive magnus.

Immolare est mola idest farre molito, & sale hostiam perspersam sacrare.

Immunis b) vacans munere: aliquotiens pro improbo ponitur, ut apud Plautum: *Immune est facinus*.

Immusculus (c) avis genus, quam alii regulum, alii ossifragam dicunt.

Immustulus ales ex genere aquilarum est, sed minorum virium, quam aquilæ: quæ volucris raro, & non fere, præterquam vere apparet, quia æstum, algoremque metuit: appellatur autem ita, quod subito, & inexpectata se immitat (4).

(4) Mutat, vel Immutat.

a C. Licinius Imbrex, quem quarto loco Volcatius collocavit: ex Gellio lib. XIII. cap. XXII. & lib. XV. cap. XXIV. & Festo, verbo Obstium.

b Plaut. in princ. Triummi: *amicum castigare ob meritam noxiam Immane est facinus*. In Plauti libris editis, & Ciceronis a quo hi versus referuntur lib. I. de Invent. Immane scriptum est, non Immune, sed Festus Immune legerat, ut ex hoc loco apparet. Vaticanus liber habet, Immene: quod idem est, quod Immune: nam & alibi dicit in Bacchidib. *Pergamum divina munitum manu*: pro munitum.

c Eadem avis Immustulus, ni fallor, mox dicitur: de eadem vidimus verbo Alites. Plin. Immusculum vocat lib. X. cap. VII.

d Locus obscurus, & ut arbitror mendosus.

Impages dicuntur, quæ a fabris in tabulis figuntur, quo firmitus cohæreant, a pangendo, idest figere [5]: unde poetæ pangere versus dicuntur, & agricolæ pangere plantas, idest infligere (6).

[5] Figendo.

(6) Infigere.

Imparem numerum antiqui prosperiorem hominibus esse crediderunt.

Impares tibæ numero foraminum discretæ.

Imparentem non parentem, hoc est obedientem.

Impelimenta, impedimenta dicebant.

Impenetrabile, cujus ultimum penetrabile intrare non licet.

Impensam, stipem, æs sacrum, quod nondum erat pensum.

Impercito, parcito, futurum ab imperativo.

Impescere, in lætam segetem pascendi gratia immittere.

Impetix impetigo.

Impetratum impetratum.

Impetum, industrium, indulgentem perinde composita ait Verrius, atque impunus, & immunis, mihi non satis persuadet.

Impiatus sceleratus.

Impite, impetum facite.

Implexum implicatum, quod Græci ἐμπεπλεγμένον dicunt.

Implorare, inclamare, ad auxilium invocare.

Impluvium, quo aqua impluit collecta de tecto. Compluvium, quo de diversis tectis aqua pluvialis confluit in eundem locum.

Impolitias Censores facere dicebantur, cum equiti æs abnegabant ob equum male curatum.

Impomenta, quasi imponimenta, quæ post cænam mensis imponebant.

Imporcitor, qui porcas in agro facit arando. Porca autem est inter duos sulcos terra eminens.

Importunum, in quo nullum est auxilium, velut esse solet portus navigantibus.

Impos est, qui animi sui potens non est, qui animum suum in potestate non habet.

Improlus [d], vel improlis, qui nondum est adscriptus in civitate.

Impudicatus, stupratus, impudicus factus.

Imputatum nondum purgatum: putum enim est purum, unde putare vites dicimus, hoc est detrahere, quæ impedimento sunt ad fructum.

In non semper abnitionem significat, sed interdum etiam pro adnuendo ponitur, ut involando, inclamando, invocando. In præpositio significat modo, quod non, ut inimicus: modo adnitionem, ut inclamavit: modo ubi, quo tendatur, ut incurrit: modo ubi qui (7) sit, ut inambulat.

(7) Quis.

Inarculum virgula erat ex malo punico incurvata, quam regina sacrificans in capite gestabat.

Incalanto invocanto.

In-

Incalationes invocationes.

Incalative vocative.

Incavillatio per despectum irrisio.

Incesit incenderit, sicut incepit inceperit.

Inceps deinceps.

(1) *Inniti.* Incessere, immittere (1), ac jactu (2), vel  
(2) *Jaculo.* verbis petere.

Incestus a Græco trahitur: nam illi facinus dicunt *ἀνίκεστος*.

Inchoare videtur ex Græco originem trahere, quod Hesiodus omnium rerum initium esse dixerit chaos.

Incicorem, immanuetum, & ferum. Pacuvius: *Reprime incicorem iracundiam.* Interdum cicur pro sapiente ponitur, ut idem Pacuvius, *consilium cicur.*

(3) *Incilia,* Incillæ (a) (3) fossæ, quæ in viis fiunt ad deducendam aquam, sive derivationes de rivo communi factæ.  
vel *Inuilia.*

Incita incitata.

Incitega machinula, in qua constituebatur in convivio vini amphora, de qua subinde deferrentur vina.

Inclamare, conviciis, & maledictis insectari.

Inclutus, nobilis, clarus.

Incoctæ dicebantur mulieres plus æquo calamistris usæ.

Incomitem sine comite.

Incomitari (b) significat tale convicium facere, pro quo necesse sit in comitium, hoc est in conventum venire. Plautus: *Quæso, ne me incomitaries.*

Inconciliasti, comparasti, commendasti, vel, ut antiqui, per dolum decepisti.

Inconditum non ordinate compositum.

Inconspretum non improbatum.

In conventionem in concione.

Increpitare, arguere, conviciari. *Increpitare,* clamare, maledicere.

4) *Increpato.* Increpitato (4) ferito.

Increta indivisa.

Incuria negligentia.

Indepisci, adsequi, adipisci.

Indeptare consequi.

Indictivum funus, ad quod per præconem evocabantur.

Indiges, indigetis facit. Hoc nomine Æneas ab Ascanio appellatus est, cum pugnans cum Mezentio, nusquam apparuisset: in cujus nomine etiam templum construxit.

Indigitamenta, incantamenta, vel indicia.

(5) *Indigitando,* imprecando, imprecando.

Indigitanto, imprecanto (5).  
Indigites dii, quorum nomina vulgari non licet.

Indoles, incrementum, industria.

a Vide Inlices, & Elices, & Inlicium.

b Plautus in Curc.

c Infit, inquit magis proprie dicitur.

d Non dubium est, quin loquatur de classe prima, in qua censebantur ii, qui centum millia æris, aut supra eam summam possidebant, ex Dionys. & Livio. Plinius tamen ex. nisi mendosus liber sit, scripsit lib. xxxiii. cap. iii. Asconius centum millia sextertiorum lib. iii. in Verrem. Gellius cxxv. millia æris lib. vii. cap. xiii. Festus ccx. Hæc ita varie traduntur, vel quia immutata est æstimatio; vel quia numerorum notas librarii varie interpretati sunt.

e Vidend. Cicero lib. xiii. ad Atticum.

Industrium antiqui dicebant indostruum, quasi qui quidquid ageret, intro strueret, & stude- ret domi.

Inebræ aves, quæ in auguriis aliquid fieri prohibent: & prorsus omnia inebra appellantur, quæ tardant, vel morantur agentem.

Ineopte eo ipso.

Inermat, armis spoliat.

Iners ignavus, vel sine arte.

Infectores, qui alienum colorem in lanam con- iiciunt: offectores, qui proprio colori novum efficiunt (6).

Inferiæ sacrificia, quæ diis manibus infere- bant.

Inferium (7) vinum, id quod in sacrificando infra pateræ labrum ponebatur.

Infibulati sacrificabant flamines (8) propter usum æris antiquissimi num æreis fibulis.

Infindere, intercipere, interponere.

Infit, incipit (c): sed diversæ significationis est ab eo, quod est fit: nam infit agentis, fit autem patientis est.

Inferi, non fateri.

Infitiari, creditum fraudare.

Infra classem d) significatur, qui minore sum- ma, quam centum & viginti millium æris cen- si sunt.

Infrequens appellabatur miles, qui abest, ab- fuitve [9] a signis.

Infulæ sunt flamenta lanea, quibus sacerdo- tes, & hostiæ, templaque velabantur.

Ingens dicitur augendi consuetudine, ut incla- mare, invocare: quia enim gens populi est ma- gnitudo, ingentem per compositionem dicimus, quod significat valde magnum.

Ingluvies a gula dicta: hinc & ingluviosus, & gluto, gulo, gumia, guttur, guttus (10), gut- turiosus, & curculio.

Inhibere (e) jungere (11), sed melius cohibere. [11] Fugere.

Inigere pecus, agere, id est minare.

Iniit ponitur interdum pro concubuit. Inter- dum pro invenit, ut iniit rationem. Interdum pro introiit, ut Plautus: *Iniit te unquam fe- bris.*

In insula Æsculapio facta ædes fuit, quod æ- groti a medicis aqua maxime sustententur. Eju- dem esse tutelæ draconem, quod vigilantissimum sit animal, quæ res ad tuendam valetudinem æ- groti maxime apta est: canes adhibentur ejus templo, quod is uberibus canis sit nutritus: bac- illum habet nodosum, quod difficultatem signi- ficat artis: laurea coronatur, quod ea arbor plu- rimorum sit remediorum: huic gallinæ immola- bantur.

Initium est principium; sed alias quo quid in-

B b b b 2

ci-

(6) Offi-  
ciunt.

(7) Infe-  
rum.

(8) Sacer-  
dotes.

(9) Fur-  
tive.

[10] Gutta-

[11] Fugere.

cipiat, ut viæ Appiæ porta Capena: alias ex quo quid constet, ut aqua, terra, aer.

Injuges boves, qui sub iugo non fuerint.

Injuriam (a) perjurium.

Inlaqueatum alii pro victo utuntur, alii pro soluto.

Inlex (b) producta sequenti syllaba significat, qui legi non paret. Inlex correpta sequenti syllaba significat inductorem ab inliciendo. Plautus:

(2) *Pectus.* *Esca est meretrix, lectus [1] inlex.*

Inlices canales, in quos aqua confluit in viis lapide stratis ab eliciendo dicti.

Inlicitator emptor.

Inlicium dicitur, cum populus ad concionem [2] elicitur, id est vocatur: unde collicia (3) tegulæ, per quas aqua in vas defluere potest.

(2) *Concilium.*  
(3) *Exciliat.*

Inlicium vocare antiqui dicebant ad concionem vocare.

Inlitterata pax est, quæ litteris comprehensa non est.

In mundo dicebant antiqui, cum aliquid in promptu esse volebant intelligi.

(4) *Sine ore.*

Inori minores (4).

In pelle lanata nova nupta considere solet, vel propter morem vetustum, quia antiquitus homines pellibus erant induti; vel quod testetur lanificii officium se præstaturam viro.

In procinctu factum testamentum dicitur, quod miles pugnaturus nuncupat præsentibus commilitonibus.

(5) *Velus.*

Inquilinus, qui eundem colit focum, vel (5) ejusdem loci cultor.

Insanum [c] pro valde magnum usus est Plautus.

Inscitia stultitia.

Insecta non secta: sed & aliquotiens significat secta.

Inseptum non septum: ponitur tamen & pro non edificatum.

Inseque apud Ennium, dic. Insexit dixit.

Inseffores latrones, qui circa vias insidientur sedentes.

(6) *Femore.*

Insignes appellantur boves, qui in femine (6), & in pede album habent, quasi insigniti.

Insignis tam ad laudem, quam ad vituperationem inflecti potest.

Insimulare, crimen in aliquem confingere.

Insipare iniicere: unde fit dissipare.

[7] *Pallis.*

Inspere (d) farinulam jacere pultis (7): unde dissipare, obsipare: ut cum rustici dicunt, oblipa pallis escam.

Institutum ab inferendo tractum: sed aliquotiens significat impositum.

Insons extra culpam, a quo dici morbus quo-

a Malim contra jus, vel injuriose factum interpretari, injuratus autem eum, qui non juravit, significat.

b Plaut. in *Asinar.*

c Plaut. in *Mostell.* Quoiusmodi gynæceum? quid porticum? insanum bonam.

d Vide *Supar.*

e Vide *suasum.*

f *Locus mendosus.*

g Vidend. Varro lib. iv. de ling. Lat.

h Vide *Hirquitalli.*

i Licet a vitulis, vel ab Italo rege multi dicant Italiam esse appellatam: de Attalido nihil aliud accipi.

Thucyd. lib. vi. Varro lib. ii. cap. v. de re rust. Columell. lib. vi. in princ. Verg. lib. i. *Æn.* Dionys. lib. i. Antiq. Gell. lib. xi. cap. i. Apollodorus in *Bibliotheca.* Steph. de Urbibus.

que existimatur fonticus, quia perpetuo noceat.

Instaurari ab instar dictum est, cum aliquid ad pristinam similitudinem, & comparisonem reficitur.

Instigare incitare.

Insuasum [e] [8] appellabant colorem similem luteo, qui fiebat ex sa nolo stillicidio.

[8] *Insuasum, v. c.*

Insulæ dictæ propriæ, quæ non junguntur communibus parietibus cum vicinis, circuituque publico, aut privato cinguntur (9), a similitudine videlicet earum terrarum, quæ fluminibus, ac mari eminent, suntque in salo positæ.

(9) *Conjunguntur.*

Intempestam noctem dicimus pro incertiore tempore, quia non tam facile noctis horæ, quam diei possunt intelligi. Tempestatem enim antiqui pro tempore posuere.

Intercapedo tempus interceptum, cum scilicet mora est ad capiendum.

Inter [10] cutem flagitatos dicebant antiqui [10] *Intra-* mares, qui stuprum passi aliquando essent.

Intercutitus vehementer cutitus, id est valde stupratus.

Interduatim, & interatim dicebant antiqui, quod nunc interdum, & interim.

Intergerivi parietes dicuntur, qui inter confines struuntur, & quasi intergeruntur.

Internecivum testamentum est, propter quod dominus ejus necatus est.

Interfectio, vitæ privatio appellatur interfectio, a nece denominato vocabulo.

Interregnum appellatur spatium temporis, quousque in loco mortui alius ordinetur.

Intrahere est contumelia n intorquere.

Involvus (11) vermiculi genus, qui se involvit pampino.

(11) *Involvulus.*

Jovistæ (f) compositum a Jove, & justæ.

Ipsipe ipsi neque alii.

Ipsullices bractæ in virilem, muliebremque speciem expressæ.

Iracundia dicta, quod iram incendat.

Irci genus farciminis in sacrificiis.

Ircens genus farciminis.

Irnella vasis genus in sacris.

Irpices (g) (12) genus rastorum ferreorum, quod plures habent dentes ad extirpandas herbas in agris.

(12) *Ircipes.*

Irpini appellati nomine lupi, quem irpum dicunt Samaites, eum enim ducem secuti agros occupavere.

Irquitallus (h) puer, qui primo virilitatem suam experitur.

Ita castor (13), ita mehercules (14), ut subaudiatur juvet.

(13) *Ita me Castor.*

(14) *Ita me Hercules.*

Italia (i) dicta, quod magnos Italos (15), hoc est

(15) *Vitulos.*

- (1) *Ab Italis.* est boves habeat : vituli etenim itali (1) sunt dicti. Italia ab Italo rege, eadem ab Attelido .... appellata.
- (2) *Itonis.* Itonida 2) Minerva a loco sic appellata. Jubar stella, quam Græci appellant *φωσφόρον* vel *σπερον* hoc est lucifer, quod splendor ejus diffunditur in modum jubæ leonis. Jubere ponebatur pro dicere, quod valet interdum pro decernere, ut populus jussit. Jubilare est rustica voce inclamare. Jugarius vicus dicitur Romæ, quia ibi fuerat ara Junonis Jugæ, quam putabant matrimonia jungere.
- [3] *Vinæ.* Juge auspiciū est, cum junctum [3] jumentum sterco fecit. Jugere milui dicuntur, cum vocem emittunt. Juges ejusdem jugi pares, unde & conjuges, & sejuges. Jugula stella orion, quod amplior sit ceteris, quasi nux juglandis. Jugum, sub quo victi transibant, hoc modo fiebat : fixis duabus hastis super eas ligabatur tertia, sub iis victos disinctos transire cogebant. Junium (a) mensem dictum putant a Junone : iidem ipsum dicebant Junonium & Junonialem. Julium quod eo mense dicitur Julius natus. Jurare Flamini Diali fas non erat. Jurgatio juris actio.
- [4] *Jura.* Jussa 4) jura. Jussi dies dicebantur triginta, cum exercitus esset imperatus, & vexillum in arce positum. Justum vadem, idoneum sponsorem.
- (5) *Juvenilia.* Juvenalia (5) fingebantur Dianæ simulachra, quia ea ætas fortis est ad tolerandam viam. Diana enim viarum putabatur dea.
- (6) *Juvenitatis.* Juventutis [6] sacra pro juvenibus sunt instituta.

L.

**L** Abes macula in vestimento dicitur, & deinde μεταφορικώς transfertur in homines vituperatione dignos.

- Lacerare dividere, comminuere est : ex quo dictus est lanus, qui discindendo lacerat pecora.
- (7) *Quædam.* Lacinia, quod (7) pars vestimenti est. Lacerna, quod minus capiti est. Lacer, quod auribus curtatis est. Lacerum, quodcumque est in corpore imminutum.
- Lacit, decipiēdo inducit. Lax etenim fraus est. Lacit, in fraudem inducit : inde est allicere, & laceffere : inde lactat, illectat, delectat, oblectat.
- (8) *Ex Arco.* Lacobrigæ nomen compositum a lacu & brigæ (8) Hispaniæ oppido.
- Lactaria columna in foro olitorio dicta, quod ibi infantes lacte alendos deferebant.
- (9) *Limam.* Lacuna (b) aquæ collectio a lacu derivatur, quam alii lamam (9), alii lustrum (10) dicunt.
- [10] *Lucrinus.* Lacus Lucrinus in vestigalibus publicis primus locatur eruendus, omnis boni gratia, ut

in dilectu (11), cense primi nominantur Vale. [11] *Delecta.* rius, Salvius, Statorius.

Læna vestimenti genus habitus duplicis, quidam appellatam existimant Tusce, quidam Græce, quam *χλαίνω* dicunt.

Læva sinistra, quam Græci *σκιάν* : unde tractum cognomen Scævola : a leva lævum sinistrum, & lævorsum sinistrorsum.

Lamberat, scindit, ac laniat.

Lance & licio dicebatur apud antiquos ; quia qui furtum ibat quærere in domo aliena, licio cinctus intrabat, lancemque ante oculos tenebat propter matrum familiæ, aut virginum præsentiam.

Lancea a Græco dicta, quam illi *λόγχω* vocant.

Lanæ effigies compitalibus noctu dabantur in [12] compita, quod lares, quorum is erat dies festus, animæ putabantur esse hominum, redactæ (13) in numerum deorum.

Lanerum [14] vestimenti genus ex lana succida confectum.

Lanoculus, qui lana tegit oculi vitium.

Lapidem silicem tenebant juraturi per Jovem hæc verba dicentes ; *si sciens fallo, tum me Diespiter salva urbe, arceque bonis eiiciat, uti ego hunc lapidem.*

Lapidicina, ubi excinduntur lapides.

Lapit (15), dolore afficit.

Larentalia (16) conjugis Faustuli nutricis (17) Remi, & Romuli Larentiæ (18) festa.

Larvati, furiosi, & mente moti, quasi larvis exterriti.

Latex a lapsu, profluens aqua dicitur ; uti mur tamen hoc vocabulo & in vino.

Latine loqui a Latino dictum est, quæ locutio adeo est versa, ut vix ulla pars ejus maneat in notitia (19).

Latitaverunt Cato posuit pro sæpe tulerunt.

Latrare Ennius pro poscere posuit.

Latrones eos antiqui dicebant, qui conducti militabant, από της λατρωσ (20) : at nunc viarum abesseores dicuntur, quod a latere adoriuntur, vel quod latenter insidiantur.

Latumias ex Græco, & maxima a Syracusanis, qui latomias & appellant, & habent ad instar carceris, ex quibus locis excisi sunt lapides ad extruendam urbem.

Laudare ponebatur apud antiquos pro nominare.

Laverniones fures antiqui dicebant, quod sub tutela deæ Lavernæ essent, in cujus loco obscuro, abditoque soliti [21] furta, prædamque inter se luere (22) : hinc & lavernalis porta vocata est.

Laureati milites sequebantur currum triumphantis, ut quasi purgati a cæde humana intrarent urbem. Itaque eandem laurum omnibus suffitionibus adhiberi solitum erat, vel quod medicamento siccissima sit, vel quod omni tempore viret, ut similiter resp. vireat.

Lau-

\* Multa de his Ovid. lib. vi. Fast. & Macrob. lib. i. Saturn.  
b Vide Lustra.

[11] *Delecta.*  
[12] *Ad.*  
[13] *Sedate.*  
v. c. *velate.*  
[14] *Lave-*  
*tum.*  
[15] *Lipit,*  
vel *Lipit,*  
vel *Labit,*  
vel *Labit.*  
[16] *Larentalia.*  
[17] *Inven-*  
*toris.*  
[18] *Lav-*  
*ventia.*  
[19] *Innoxia.*

[20] τῆ  
λατρωσ.

[21] *Solitos.*  
[22] *Divi-*  
*dere.*

(1) *Lauticia.* Lautia (1) epularum magnificentia, alii a lavatione dicta putant, quia apud antiquos hæ elegantiz, quæ nunc sunt, non erant, & raro aliquis lavabat.

Lauticia farina appellabatur ex tritico aqua consperso.

Lautulæ locus extra urbem, quo loco quia aqua fluebat, lavandi usum exercebant.

(2) *Levesia.* Lectosia (2) insula dicta a consobrino Æneæ ibidem sepulta.

Lectus dictus, vel a collectis foliis ad cubitandum: vel quod fatigatos ad se alliciat; vel a Græco λέκτρον.

(3) *Olestra.* Legimus aut scriptum, aut oleam (3), glandemve, & alia quædam: & addita præpositione dicimus colligimus, deligimus.

Legio Samnitum linteata appellata est, quod Samnites intrantes singuli ad aram, velis linteis circumdatam (4), non cessuros se Romano militi juraverunt.

(4) *Circumdasi.* Lemnisci, idest fasciolarum coloris dependentes ex coronis, propterea dicuntur, quod antiquissimum fuit genus coronarum lanearum.

Lemonia tribus a pago Lemonio appellata est, qui est a porta Capena via Latina.

Lenones ab alliciendo adolescentulos appellati.

Leparentes Liparitani cives, idest Liparentes. Lepista genus vasis aquarii.

(5) *Lena.* Leria (5) ornamenta tunicarum aurea.

Lesbium genus vasis cælati a Lesbis inventum.

Letum ab oblivione, quam Græci λήθω vocant dictum.

(6) *Uxoris frater meus.* Levir est uxoris meæ frater (6). Libella deminutivum est a libra.

Liber repertor vini, ideo sic appellatur, quod vino nimio usi omnia libere loquantur.

Liberales dicuntur non solum benigni, sed etiam ingenue formæ homines.

Liberalia Liberi festa, quæ apud Græcos dicuntur διονύσια. Nævius: *libera lingua loquimur* (7) ludis liberalibus.

(7) *Loquuntur.* Liberata ponebant pro effata, idest locuta.

Libertatis templum in Aventino fuerat constructum [8].

(8) *Constitutum.* Librile scapus libræ.

Librilla appellantur instrumenta bellica, saxa scilicet ad brachii crassitudinem in modum flagellorum loris revincta.

Libycus campus in agro Argeo appellatus, quod in eo primum fruges ex Libya allatæ sunt, quam ob causam etiam Ceres ab Argeis Libyssa vocata est.

Licitati, in mercando, sive pugnando contententes.

Lictores dicuntur, quod fasces virgarum liga-

tos ferunt: hi parentes magistratibus, delinquentibus plagas ingerunt.

Limaces cochleæ a limo appellatæ.

Limitatus ager est in centurias dimensus.

Limites in agris, nunc termini, nunc viæ transversæ.

Limus (9) obliquus, idest transversus, unde & [9] *Limis*, limina.

Lingua non solum pars corporis dicitur, sed etiam differentia sermonum: promontorii quoque genus non excellentis, sed molliter in planum devexi.

Lingula (a) (10) per deminutionem linguæ dicta: alias a similitudine linguæ exertæ, ut in calcæis: alias intertæ, idest infra dentes coercitæ, ut in tibiis. (10) *Ligula.*

Lingulaca genus piscis, vel mulier auguratrix (11).

Liquitur, labitur, fluit. (11) *Garrulatrix.*

Litatum alii solum (12), deditum deo, quasi luitatum; alii ex Græco a precibus, quas illi λιτάς dicunt. [12] *Solutum.*

Liti (13) cecidisse dicitur, qui ejus rei, de qua (13) *Litis* agebat, causam amisit.

Lituus appellatus est, quod litis sit testis: est enim genus buccinæ incurvæ, quo qui cecinerit, dicitur liticen. Ennius: *Indeloci lituus sonitus effundit* [14] *acutos.* (14) *Effudit.*

Lixabundus, inter libere, ac prolixè faciens.

Lixæ, qui exercitum sequuntur quæstus gratia, dicti, quod extra ordinem sint militiæ, eisque liceat, quod libuerit: alii eos a Licha appellatos dicunt, quod & ille Herculem sit secutus: quidam a liguriendo quæstum.

Locatum positum.

Locupletes locorum multorum domini.

Loebesum (b) & loebertatem antiqui dicebant liberum & libertatem, ita Græci λοιβέ, & λείβω.

Longitrorfus sic dicitur, sicut dextrorfus, sinistrorfus.

Lotus arboris genus, ex cujus materia frequenter tibiæ fiebant, cujus baccis pasti quondam Lotophagi dicti.

Lucani appellati dicuntur quod eorum regio sita est ad partem stellæ luciferæ: vel quod loca cretosa (15) sunt, idest multæ lucis: vel a Lucilio duce: vel quod primitus in luco confederunt. (15) *Æthiopsa.*

Lucar appellatur æs, quod ex lucis captatur [16].

Lucaria festa in luco colebant Romani, qui permagnus inter viam Salariam, & Tiberim fuit, pro eo, quod victi a Gallis fugientes e prælio ibi se occultaverunt. [16] *Capitur.*

Lucaris pecunia, quæ in luco erat data.

Lucem facere dicuntur Saturno sacrificantes, idest capira detegere.

Lu-

\* Martialis lib. ult. Quamvis me ligulam dicant equitesque patresque: dicor ab indoctis lingula grammaticis.  
 b Ut ex Græco exemplo apparet: OE pro EI usurpatum fuisse dicebat fortasse Pompejus: itaque Loebesum, pro Leibesum, sive Leiberum, & Loebertatem pro leibertatem scribebant: postea Leiberum, & Leibertatem, ad extremum liberum, & libertatem. Extat apud me denarius C. Cassii, in quo scriptum est LEIBERTAS, sic in aliis T. DEIDI. L. OPEIMI. C. SERVELLI. Quis autem usus fuerit hujus dipthongi docuit Lucilius apud Quintilianum, & Scaturum: Nigidius apud Gellium, & Longum, atque Terentianus. Sed & Cotta apud Ciceronem lib. III. de oratore reprehensus est, quod Jota tolleret, & E plenum diceret. Vide Aboloes.

Lucerenses (a), & luceres, quæ pars tertia populi Romani est distributa a Tatius, & Romulo, appellati sunt a Lucero, Ardeæ rege, qui auxilio fuit Romulo adversus Tatium bellanti.

Lucetium Jovem appellabant, quod eum lucis esse causam credebant.

Lucius prænomen est ejus, qui primum fuit, quia oriente luce natus est.

Lucomedi a duce suo Lucomo dicti, qui postea Lucerenses appellati sunt.

(1) *Festa.* Lucomones quidam homines ob insaniam dicti, quod loca, ad quæ venissent, infesta (1) facerent.

Lucretilis mons in Sabinis.

(2) *λύ* Luctus, & lugere a Græco trahuntur *λυπεῖν*, vel *λύπειν* (2).

*Ζειν.* Luculentus a luce appellatus.

(3) *Lucun-* Lucuntere (3) genus operis pistorii.

*ter Lucuntem* Lues est diluens (4) usque ad nihil, tractum a Græco *λύειν*. hinc dictum lutum terra humore soluta; & lustratio, qua quid solvitur, ac liberatur, hinc & *λύτρα* ἀπὸ τῆς λύσεως, idest solutione auri: *λίτρα* enim libra est.

(5) *Λίμα,* Luma (5) genus herbæ, vel potius spinæ.

vel *Λίμα.* Lumbago vitium, & debilitas lumborum.

Lura os culei, vel etiam utris: unde lurcones capacis gulæ homines, & honorum suorum consumptores.

Luridi supra modum pallidi.

Luscitio vitium oculorum, quod clarius vesperi, quam meridie cernit.

(6) *Λαμας.* Lustra significant lacunas (6) lutofas, quæ sunt in silvis, aprorum cubilia, a qua similitudine ii, qui in locis abditis, & sordidis ventri, & desidæ operam dant, dicuntur in lustris vitam agere: & cum ejusdem vocabuli prima syllaba producitur, significat nunc tempus quinquennale, nunc populi lustrationem.

Lustrici dies infantium appellantur puellarum octavus, puerorum nonus, quia his lustrantur, atque eis nomina imponuntur.

Luxa membra e suis locis mota, & soluta; a quo luxuriosus in re familiari solutus.

Luxantur, a luxu dictum, idest luxuriantur.

Lycii Apollinis oraculum in Lycia maximæ claritatis fuit ob luporum interfectionem. *λύκος* enim lupus est.

Lycophos Græci dicunt, quod nos primum tempus lucis: dictum autem lycophos, quasi *λύκων φῶς*, idest lumen candidum.

Lymphæ dictæ sunt a nymphis. Vulgo autem memoriæ proditum est, quicumque speciem

(7) *λυ.* quandam e fonte, idest 7) effigiem lymphæ viderint, furendi non fecisse finem, quos Græci

*νυμφολήπτους* vocant, Latini lymphatos appellant.

Lyrnessiades, ab oppido Phrygiæ Lyrnesso dicti.

## M.

**M**acellum dictum a Macello quodam, PAULUS. qui exercebat in urbe latrocinia, quo damnato Censores Æmilius, & Fulvius statuerunt, ut in domo ejus obsonia venderentur.

Macilenti macie tenuari.

Maectus magis auctus.

Madusa (8) ebrius a Græco *μαδιῶν* deductum, (8) *Madul-* vel quia madidus sit (9) vino. sa.

Maëndrum genus picturæ dictum est a similitudine flexus amnis, qui appellatur Maëndrus. (9) *Sais.*

Maëcia tribus a quodam castro sic appellatur.

Maëriana (b) ædificia a Maërio sunt appellata: is enim primus ultra columnas extendit tigna, quo ampliarentur superiora.

Maëlius lingua Osca, mensis Majus. Osci enim a regione Campaniæ, quæ est Oscan (10), (10) *Oscor* vocati sunt. Oscorum.

Magis a Græco *μάλλον* venit.

. . . temperare di . . . erare quida . . . . . FESTUS.

Magisterare (c) (11) regere, & temperare est. (11) *Magi-*

Magisterare moderari: unde magistri non solum doctores artium, sed etiam pagorum, societatum, vicorum, collegiorum, equitum dicuntur, quia omnes hi magis ceteris possunt: unde

& magistratus, qui per imperia potentiores sunt, quam privati. Quæ vox duabus significationibus notatur: nam aut personam ipsam demonstrat, ut cum dicimus, magistratus jussit: aut honorem, ut cum dicimus (12) Titio magistratus datus est. (12) *Dici-* tur.

Magisteria (d) dicuntur in omnibus rebus, quæ [13] magis ceteris possunt, ut magisterium (13) *Qui-* equitum.

. . . . . rebus, qui ma . . . . . qui- FESTUS.  
tum: & . . . . . llinis dixit . . . . .  
untur velit . . . . . contra ora . . . . .

Magmentum magis augmentatum. PAULUS.

Magnificissima dicebant antiqui pro magnificentissima: re enim vera magnificens dici non potest, unde magnificentissima videtur deduci.

Magnificus idem Cato (14) pro magnificentius dixit, & non frustra, nam positivus ejus magnifice est. (14) *Ipsa.*

Magni . . . . . (e) . . . . . FESTUS.

. . . . . avit Cato in ea, quam . . . . .  
. . . . . gna quis homo . . . . .

a A. Lucumone, vel a verbo Etrusco. Varro lib. iv. de lingua Lat. a Lucumone, vel Lucretino, vel a Luco. Asconius lib. iij. Verrin. Lucerum nominis, & originis causa incerta Livio lib. i. Lucerenses a Luco asyli Plutarch. in Romuli. Festus hic a Lucero, sed verbo Lucomedi a Lucomo. Vide etiam verbo Lucumones, de eisdem enim, ut arbitror, loquitur.

b In aliquo libro est a Maënio. Censore. Fuit autem C. Maënius P. F. P. N. Censor cum L. Papirio Crasso anno cxxxv. Hic triumphavit de Antiatribus aliisque præcis latinis, quamobrem ei columnam datam esse Plin. scribit lib. xxxiv. cap. v. cum Festo consentiunt Nonius, & Isidorus.

c Verba Festi, quæ hæc præcedunt, ad hoc verbum referenda sunt.

d Verba Festi ex his Pauli verbis. intelliges, addebantur tamen alia de magisterio, ut opinor, ludorum Apollinis ex oratione nescio qua, quæ contra orationem inscribebatur alterius oratoris.

e Catonis, Atei, & nepotis M. Catonis, ut opinor, sententia obscura est his paucis exceptis, quæ Paulo debemus.

..... pulchrius purgat .....  
 ..... Atejus, dicimus, cum mag. ....  
 ..... at nepos ejus in ea .....  
 ..... men ait, cum Ædilis .....  
 ..... istria ludos magni .....

Magnificior quoque .....  
 Magnum annum dicunt mathematici, quo septem sidera errantia expletis propriis cursibus fibimet concordant.

Magnum focerum appellat vir uxoris suæ avum.

Magnam focrum vir uxoris suæ aviam appellat.

Magnos ludos, Romanos ludos appellabant, quos in honorem Jovis, quem principem deorum putabant, faciebant.

Majestas a magnitudine dicta.

Maiis Idibus mercatorum dies festus erat; quod eo die Mercurii ædes esset dedicata.

Majus mensis in compluribus civitatibus Latinis ante urbem conditam fuisse videtur, quæ ex causa utrum a majoribus, ut Junius a junioribus dictus sit; an a Maja, quod Mercurio filio ejus res divinæ . . . . . fiant solemnes; an quod ipsi deæ in multis Latinis civitatibus sacrificia fiebant (ipso mense) . . . . .

Major patruus, avi & aviæ patruus.

Major amita, avi & aviæ amita.

Major avunculus, avi & aviæ avunculus.

[1] *Olim.* Major Græcia dicta est Italia, quod eam Siculi quondam (1) obtinuerunt: vel quod in ea multæ, magnæque civitates fuerunt ex Græcia profectæ.

Major magistratus consul dicitur.

Major focer uxoris meæ proavus.

Major focrus uxoris meæ proavia. . . . .

. . . . . jora auspicia (a), quæ d . . . . .

. . . . . majora Consulium, Pr . . . . .

. . . . . liquorum minora cum ill . . . . .

. . . . . res magistratus dicu . . . . .

**FESTUS.** Majorem Consulem L. Cæsar putat dici vel eum, penes quem fasces sint; vel eum, qui prior factus sit: Prætores autem majorem Urbanum, minores ceteros.

**PAULUS.** Major Consul dicitur vel is, penes quem fasces sunt; vel is, qui prior factus est: Prætor autem major urbanus, minores ceteri.

Majores Flamines appellabantur patricii generis, minores plebei.

Maledictores dicebantur ab antiquis, qui nunc maledici.

**FESTUS.** Maledic . . . (b) . . . . .  
 . . . . . nos appellamus . . . . .  
 . . . . . Hispania re . . . . .

<sup>a</sup> Ex libro M. Messallæ Auguris de auspiciis primo apud Gellium lib. XIII. cap. xtv. hæc Festi verba intelliges. Patriciorum auspicia in duas sunt potestates divisa, maxima sunt consulium, prætorum, censorum. Reliquorum magistratum minora sunt auspicia. Ideo illi minores, hi majores magistratus appellantur. Majora autem dicuntur auspicia habere, inquit Gellius, quia eorum auspicia magis rata sunt, quam aliorum.

<sup>b</sup> Præter Hispaniæ mentionem, cetera ex Pauli epitome intelliguntur.

<sup>c</sup> Janus in Turdellis, quis sit plane ignoro.

<sup>d</sup> Ex spatio litterarum, quæ desunt, scribi potest ita. Mamertini appellati sunt Messanenenses hac de causa, sunt alia, quæ divinare non potuimus: sed historiæ cognitionem non impediunt. Vide Strab. lib. vi.

<sup>e</sup> De Octavo Mamilio Tusculano Superbi genero, qui Latini nominis princeps, & a Telegono Ulvffis, & Circes filio genus ducere dicebatur Livius lib. I. Dionys. lib. iv. primus civis Romanus ex hac familia L. Mamilius, C. Nautio L. Minucio cos. Liv. lib. III. Vide October equus.

Malevoli (c) Mercurii signum erat proxime **PAULUS.**  
 Janum, qui item erat in Turdellis Me . . . . .

..... appella . . . . .  
 malevoli autem, quod in nullius tabernam spectabat.

Malevoli Mercurii signum, idest statuam, appellabant, ideo quod in nullius tabernam spectabat.

Malleoli vocantur non solum parvi mallei, sed etiam ii, qui ad incendium faciendum aptantur, videlicet [2] ad similitudinem priorum dicti [2] *Scilicet.*

Malluvium dicitur, quo manus lavantur. Malluviæ, quibus manus sunt lotæ: pelluviæ, quibus pedes.

Malluvium latum in commentarium (3) facrorum significat, manus qui lavet: a quo malluviæ dicuntur, quibus manus sunt lautæ, perinde ut quibus pedes pelluviæ. **FESTUS.** (3) *Comment.*

Maltha dicitur a Græcis pix cum cera mixta.

Mamercus prænomen est oscum, eo quod hi Martem Mamertem appellant (4). **PAULUS.**

Mamers Mamertis facit, idest lingua osca Mars Martis: unde & Mamertini in Sicilia dicti qui Messanæ habitant. (4) *Dicunt.*

Mamertini (d) appel . . . . . **FESTUS.**

. . . . c de causa. Cum de toto Samnio gravis incidisset pestilentia, Sthenius Mettius ejus gentis princeps convocata civium suorum concione, exposuit se vidisse in quiete præcipientem Apollinem; ut si vellent eo malo liberari, vel sacrum voverent, idest quæcumque vere proximo nata essent, immolaturos sibi. Quo facto levatis post annum vicensimum deinde ejusdem generis incessit pestilentia: rusum itaque consultus Apollo respondit non esse persolutum ab iis votum, quod homines immolati non essent: quos si expulissent, certe fore, ut ea clade liberarentur. Itaque ii jussi patria decedere, cum in parte ea . . . . . confedissent, quæ Tauricana 5) dicitur, (5) *Tauro-minitana.*

forte parantibus bello . . . . . Messanensibus auxilio venerunt ultro, eosque . . . liber . . . . .

provincial . . . . . quod ob . . . citum 6) eorum, ut gratiam referrent, & in suum corpus, communionemque agrorum invitarunt eos, & nomen acceperunt unum, ut dicerentur Mamertini, quod conjectis in sortem duodecim deorum nominibus Mamers forte exierat, qui lingua Oscorum Mars significatur: cujus historiæ auctor est Alfius libro primo belli Carthaginiensis. (6) *Exercitum.*

Mamilia turris intra Saburæ regionem a Mamilio nomen accepit.

Mamiliorum (e) familia (progenita fuit) a Ma-

Ma-



(1) *Est ap- pellata.* Mamilia Telegoni filia, quam Tusculi procreaverat, (quando id oppidum ipse condidisset (1).

Mamphula appellatur panis Syriaci genus, quod, ut ait Verrius, in clibano ante, quam percoquatur, decedit in carbones, cineremque, cujus meminit Lucilius: *Pistricem valida (2) si nummi suppeditabunt. Addas (3) empleuron, mamphulas quæ sciat omnes.*

(2) *Validam.*  
(3) *Ad dam, vel Ad classem.*  
(4) *Mimphur.*

Mamphur (4) appellatur loro circumvolutum mediocris longitudinis lignum rotundum, quod circumagunt fabri in operibus tornandis.

(5) *Carminibus.*

Mamurii Veturii nomen frequenter in cantibus (5) Romani frequentabant hac de causa. Numa Pompilio regnante e cælo cecidisse fertur ancile, idest scutum breve; quod ideo sic est appellatum, quia ex utroque latere erat reitum, ut summum, infimumque ejus latius (6) medio pateret: unaque edita vox, omnium potentissimam fore civitatem, quamdiu id in ea mansisset. Itaque facta sunt ejusdem generis plura, quibus id misceretur, ne internosci cæleste posset. Probatum opus est maxime Mamurii Veturii, qui præmii loco petiit, ut suum nomen inter carmina salii canerent.

(6) *Latius.*

Manalem fontem dici, pro eo, quod aqua ex eo semper manet.

PAULUS.

Manalem lapidē (a) putabant esse ostium Orci, per quod animæ inferorum ad superiores manarent, qui dicuntur manes. Manalem etiam lapidem vocabant petram quandam, quæ erat extra portam Capenam juxta ædem Martis, quam, cum propter nimiam siccitatem in urbem protraherent, insequeretur pluvia statim: eumque quod aquas manaret, manalem lapidem dixere.

FESTUS.  
(7) *Spiciendus.*

Manalis fons (b) appellatur ab auguribus puteus perennis, neque tamen spiciendus [7] videtur, quia flumen id spiciatur, quod sua sponte in amnem influat.

Manare (c) dicitur, cum humor ex integro, sed non solido nimis per minimas suas partes erumpit, quod ex Græco trahitur, quia illi non satis solidum *μακρόν* dicunt.

Manare solem antiqui dicebant, cum solis orientis radii splendorem jacere cœpissent, a quo & dictum putabant mane: alii dictum mane putant ab eo, quod manum bonum dicebant.

FESTUS.

..... olitos esse antiquos .....  
..... cum solis orientis radii .....  
..... ssent: atque ideo primum .....  
(8) *Id dicitur.* ..... vis magis addicitur (8) .....  
..... ne idest a mature: quod id .....  
..... unde & Matuta di .....  
PAULUS.

(9) *Mania.*

Mane a diis manibus dixerunt, nam mana (9) bona dicitur: unde & Mater Matuta, & poma matura.

Tom. VII.

a Fulgent. Placiades de locis obscuris: Labeo inquit, qui disciplinas Etruscas Tagetis, & Bacchetidis xv. voluminibus explanavit, ita ait: „ Fibre jecoris sandaracei coloris, dum fiunt, manales tunc vereri opus est „ perras, idest, quas antiqui solebant in modum Cylindrorum per limites trahere pro pluvie commutanda inopia “.

b Obscurus locus, & fortasse mendosus.  
c Festus videtur a manando deducere mane: postea a mature, unde Matuta dicta est. Alio loco a Diis manibus: sive quod mana bona dicerentur; unde Matuta, & matura dicuntur. Varro lib. v. Diei principium mane, quod tum manet dies ab oriente: nisi potius quod bonum antiqui dicebant manum. Vide Mater Matuta.  
d Festi verba mutila ex Pauli epitome farciri possunt paucis exceptis.

Maniceps dicitur, quod manu capiatur. Maniceps dicitur, qui quid a populo emit, conducitve, quia manu sublata significat se auctorem emptionis esse, qui idem præ dicitur; quia tam debet præstare populo, quod promissit, quam is, qui pro eo [10] præ factus est.

[10] *Pro quo.*  
[11] *Tifata.*

Mancini fana (11) appellabantur, quod Mancinius habuit insignem domum, quæ publicata est eo interfecto (12).

[12] *Interempto.*

Manducus, effigies in pompa antiquorum inter ceteras ridiculas, formidolosaque ire solebat magnis malis, ac late debiscens, & ingentem dentibus sonitum faciens, de qua Plautus ait in Rudente: *Quid si aliquo id ludos me pro manduco locem: qua propter? clare (13) crepito dentibus.*

[13] *Quia pol clare.*

Manes dii (d) ab auguribus invocantur: quod hi per omnia ætheria, terrenæque [14] manes .....  
..... peri, atque inferi .....  
..... augures quod L. I. ....  
..... minis.

FESTUS.  
(14) *Terrenaque.*

Manes dii ab auguribus vocabantur, quod eos per omnia manare credebant, eoque deos superiores, atque inferos dicebant.

PAULUS.

Manuos (15) in carminibus saliaribus Ælius Stilo (16) significare ait bonos: & inferi (17) dii manes pro bonis dicuntur a suppliciter eos venerantibus propter metum mortis; ut immanes quoque pro valde non bonis dicuntur.

[15] *Manes.*  
[16] *Aurelius, vel Atejus.*  
[17] *Unde.*

Maniæ turpes, deformesque personæ. Manias Ælius Stilo dici ait (18) ficta quædam ex farina in hominum figuras, quia turpes fiunt, quas alii maniolas appellant (19). Manias autem, quas nutrices minitantur pueris parvulis, esse larvas, idest manes, quos deos, deasque putabant, quosque ab inferis ad superiores emanare credebant, ut Mania est eorum avia, matere. Sunt enim utriusque opinionis auctores (20).

[18] *Dicunt.*

[19] *Vocant.*

Manius agrum (21) Nemorensem Dianæ consecravit, a quo multi, & clari viri orti sunt, & per multos annos fuerunt, unde proverbium: *Multi Manii Aricia.* Asinius (22) Capito longe aliter sentit: ait enim turpes, & deformes significari: quia maniæ dicuntur deformes personæ; & Aricia genus panis fieri, quod manici .....  
appellantur. Manius prænomen dictum est ab eo, quod mane quis initio natus sit, ut Lucius, qui luce.

(20) *Sunt, qui Maniam larvarum matrem, avi- amque putant.*  
[21] *Ægerius.*  
(22) *Sinius.*

Maniæ gentis patriciæ decreto nemo ex ea Marcus appellatur; quod M. Manlius, qui Capitolium a Gallis defenderat, cum regnum affestasset, damnatus, necatusque est.

Manfucium (23) edacem a mandendo scilicet. Manfues pro manfuetus.

(23) *Manfuetum.*

C c c c

**FESTUS.** . . . . . M. Cato in epistula . . . . .  
 . . . . . mansues ad . . . . .  
**PAULUS.** Mansuetum ad manum venire suetum. Alii  
 ajunt mansuetum, dictum, neque ex misericor-  
 dia mansuetum, neque ex crudelitate factum, sed  
 modestia temperatum.  
 Mantare sæpe manere. Cæcilius in Epistu-  
 la, *Jam ore adeo manta. Jam hoc vide cæcus*  
 . . . . . *animam adventus angit.*  
 Manticularia dicuntur ea, quæ frequenter in  
 usu habentur, & quasi manu tractantur: fre-  
 quens enim antiquis ad manus tergendas usus  
 fuit mantiliorum, unde hæc trahitur similitudo.  
 Manticularum usus pauperibus in nummis re-  
 condendis, etiam nostro sæculo fuit, unde man-  
 ticulari dicebantur, qui farandi gratia manticu-  
 las attritebant. Unde poetæ pro dolose quid  
 agendo usi sunt eo verbo. Pacuvius: *Ad manti-*  
*culandum astu aggreditur: scit enim quid pro-*  
*meruerit . . . . . medici manticulatur . . . . . ita*  
*me facti oppressi jugo.* Item deinde: *Aggreditur*  
*astu regem; manticulandum est hic mihi.* Et:  
 (1) *Manti-* *Machinam ordiris novam manticula (1) tactu,*  
*culæ.* *an sanctiora dicis jurejuranda.* Plautus hoc si-  
 gnificare videtur, quibus cotidie parvæ noxæ  
 extergeantur.  
 Mantisa additamentum dicitur lingua Tu-  
 (2) *Oscæ.* sca (2, quod ponderi adicitur, sed deterius,  
 & quod sine ullo usu est. Lucilius: *Mantisa ob-*  
*sonia vincit.*  
 (3) *Credun-* Manubiæ Jovis tres dicuntur (3) esse, qua-  
*tur.* rum unæ sunt minimæ, quæ moneant, placi-  
 dæque (4) sint. Alteræ quæ majores sunt, ac ve-  
 (4) *Placa-* niant cum fragore, discutiantque aut divellant,  
*taque.* quæ a Jove sint, & consilio deorum mitti existi-  
 mentur. Tertiæ his ampliores, quæ cum igne ve-  
 niant; & quamquæ nullum sine igne fulgur est, hæc  
 propriam differentiam habeant, quod aut adurant,  
 aut fuligine deformant, aut accendant, quæ sta-  
 (5) *Supero-* tum mutant deorum consilio superiorum (5).  
*tum.*  
 Manum, & mentum (a) proverbium est ex  
 Græco ductum, quod est πολλὰ μετὰ ζῦ πέλει κῦ  
 λικος, καὶ χεῖλεος ἀκρον. Chalcantem vites  
 ferentem quidam augur vicinus præteriens,  
 dixit errare, non enim ei fas esse novum vi-  
 num. . . . .  
 Manumitti (b) servus dicebatur, cum domi-  
 nus ejus aut caput ejusdem servi, aut aliud mem-  
 brum tenens dicebat: hunc hominem libe-  
 rum esse volo, & emittebat eum e manu.  
**FESTUS.** . . . . . odo caput . . . . .  
 . . . . . edicito, hunc . . . . .  
 . . . . . pro eo auri x . . . . .  
 . . . . . usquam digre . . . . .  
 . . . . . sui dum his . . . . .  
 . . . . . nem liberum mit . . . . .  
**PAULUS.** Mapalia casæ Prænicæ (6) appellantur, in  
 (6) *Funicæ.* quibus quia nihil est secreti, solet id vocabulum

solute viventibus obiici. Cato libro quarto Ori-  
 ginum: *Mapalia vocantur ubi habitant: ea qua-*  
*si cohortes rotundæ sunt.*  
 Marcus deminutivum a Marco.  
 Marspedis (c) sive sine R littera Marspedis im-  
 precatiæ, festiva (7) vallium, quid significet ne **FESTUS.**  
 Messalla quidem augur in explanatione augurio- (7) *Solita.*  
 rum reperire se potuisse ait.  
 Martialis campus in Cælio monte dicitur, **PAULUS.**  
 quod in eo Equiria solebant fieri, siquando aquæ  
 Tiberis campum Martium occupassent.  
 Martias kalendas matronæ celebrabant, quod  
 eo die Junonis Lucinæ ædes coli cœpta sit (8). (8) *Erat,*  
 Martius mensis initium anni fuit & in Latio, *vel est.*  
 & post Romam conditam, eo quod gens erat  
 bellicosissima: cujus rei testimonium est, quod  
 posteriores menses, qui annum finiunt, a nu-  
 mero appellati, ultimum habent Decembrem.  
 Mas deminutive facit masculus.  
 Masculina (d), & feminina vocabula dici me- **FESTUS.**  
 lius est secundum Græcorum quoque consuetu-  
 dinem, qui non ἀνδρική & γυναικεία ea, sed  
 ἀρ. . . . .  
 Masculino genere parentem appellabant an- **PAULUS.**  
 tiqui etiam matrem. Malo cruce masculino ge-  
 nere cum dixit Gracchus in oratione quæ est in  
 P. Popillium posteriorem (9), tam repræsentavit  
 antiquam consuetudinem, quam hunc frontem,  
 (9) *Poste-*  
 atque hunc stirpem iidem antiqui dixerunt, &  
 rursus hanc lupum, & hanc metum. Item cum  
 idem in Popillium & matronas (10) ait; eo exem- (10) *Mambo-*  
 plo instituto: *Dignus fuit qui malo cruce periret.* *nem.*  
 Matellio deminutivum a matula.  
 Materfamilix non ante dicebatur, quam vir  
 ejus paterfamilix dictus esset: nec possunt hoc  
 nomine plures in una familia præter unam appel-  
 lari: sed nec vidua hoc nomine, nec quæ sine  
 filiis est, appellari (11) potest. (11) *Vocari.*  
 Mater Matuta (e), manes, mane, matrimo-  
 nium, materfamilix, matertera, matrices, ma-  
 teriæ (12) dictæ videntur, ut ait Verrius, quia sint (12) *Mate-*  
 bona: qualia scilicet sint, quæ sunt matura: vel *ria.*  
 potius a matre, quæ est originis Græcæ.  
 . . . . . manis . . . . . **FESTUS.**  
 . . . . . matertera . . . . .  
 . . . . . ut ait Ve . . . . .  
 . . . . . sint, quæ . . . . .  
 . . . . . quæ est ori . . . . .  
 Matrem Matutam antiqui ob bonitatem ap- **PAULUS.**  
 pellabant; & maturum idoneum usui; & mane  
 principium diei, & inferi dii manes, ut supplici-  
 ter appellati bono essent; & in carmine saliare  
 cerus manus intelligitur creator bonus.  
 Matertera, matris soror, quasi mater altera.  
 Matertera patris & matris, mihi magna ma-  
 ter (13) est. (13) *Mater-*  
 Matralia Matris Matutæ festa. *tera.*  
 Matrisci (14) cognominantur homines mala- (14) *Matti-*  
 rum *ci, vel Mar-*  
 tici.

a Vide Gell. lib. XIII. cap. XVII. & interpr. Lycophr. in Jambicis, & Eustath. in t. Homeri Iliad. qui nihil de Chalcante, sed de aliis dictam referunt. Vide proverbiorum interpretes.  
 b Pauli verba interpretis vice fungentur verbis Festi, quæ reliqua sunt, quibus addi potest, quod ex Cajo lib. 1. Institut. refert Boetius lib. III. Topic. Vide Ambastus, & Am.  
 c Filium Martis significare putarem, nisi me auctoritas Messallæ moveret.  
 d Videtur deesse: ἀρτεμικά, καὶ θηλυκά dicunt.  
 e Ex his Pauli verbis scienda sunt, quæ sequuntur Festi verba: una tamen littera diversa est, manis enim pro manes est scriptum, librarii, ut opinor, errore.

rum magnarum, atque oribus late patentibus.

Matrimes, ac patrimis dicantur, quibus matres & patres adhuc vivunt.

Matronæ (a) a magistratibus non submovebantur, ne pulsari, contrectarive viderentur; neve gravidæ concuterentur. Sed nec viri earum sedentes cum uxoribus in vehiculo descendere cogebantur.

FESTUS. . . . atibus non summove . . . . .  
 . . . . . tat . . . . . ntrectari . . . . .  
 . . . . . ntur; neve . . . . . tur: quam . . . . .  
 . . . . . ufam ait Verrius . . . . .  
 . . . . . eteri . . . . .  
 . . . . . uxoribus deesse quo descen . . . . .  
 . . . . . ros a magistratibus: quod commu . . . . .  
 . . . . . vehic . . . . . itur vir, & uxor.

PAULUS. Matrōas appellabant eas fere [1], quibus stolas habendi jus erat.

Matronis (b) aurum redditum cum legitur, hoc significare videtur; quia matronæ contulerunt ornatus sui aurum ad Capitolium a Gallis Senonibus liberandum, quibus postea est redditum a populo Romano.

FESTUS. Matrōni . . . . . to ait, quod . . . . .  
 . . . . . fuisse re . . . . .  
 . . . . . & eam a . . . . .  
 . . . . . monio in . . . . .  
 . . . . . tronæ orna . . . . .  
 . . . . . Apollini, quod . . . . .  
 . . . . . quod contuler . . . . .  
 . . . . . a Gallis Senon . . . . .  
 . . . . . tum . . . . .  
 . . . . . est a pop . . . . .

PAULUS. Matula vas urinæ.

Mavortem poetæ dicunt Martem.

FESTUS. Maximæ (c) dignationis Flamen Dialis est inter quindecim Flamines, & cum ceteri (2) discrimina majestatis suæ habeant, minimi habeantur (3) Pomonalis, quod Pomona levissimo fructui agrorum præsidet pomis.

PAULUS. Maximam hostiam ovilli pecoris appellabant, non ab amplitudine corporis, sed ab animo placidiore.

Maximi annales appellabantur, non magnitudine, sed quod eos Pontifex maximus consecrasset (4).

[4] Con- fecisset. FESTUS. Maximum Prætorem (d) dici putant alii eum, qui maximi imperii sit: alii, quia (5) ætatis maximæ. Pro collegio quidem augurum decretum est, quod in salutis augurio Prætores ma-

jores, & minores appellentur, non ad ætatem, sed ad vim imperii pertinere.

Maximus Curio, cujus auctoritate curiæ, o- PAULUS. mnesque curiones reguntur.

Maximus Pontifex (e) dicitur, quod maximus rerum, quæ ad facta, & religiones (6) pertinent, iudex sit, vindexque contumaciæ privatorum, magistratumque.

Me pro mihi dicebant antiqui. FESTUS.

Me pro mihi dicebant antiqui, ut Ennius cum ait libro secundo: *Si quid me fuerit humanus, ut teneatis*: & Lucilius: *Nunc ad te redeo, ut quæ res me impendet agatur*.

Meatus a meando dictus. PAULUS.

Mecastor, & mehercules jusjurandum erat: quasi diceretur (7), ita me Castor, ita me Hercules, ut subaudiatur juvet. (7) Dice- rent.

Meddix (8) apud Oscos nomen magistratus est. Ennius: *Summus ibi (9) capitur meddix (10)*, occiditur alter. (8) Medix. (9) Ubi. (10) Medix.

Medialem appellabant hostiam atram, quam meridie immolabant.

Medibite, medicabile. FESTUS.

Mediocriculo (f) usus est in ea, quam dixit Cato in Consulatu: *Ridibundum magistratum genere (11) pauculos homines, medicriculum exercitum obviam duci*. (11) Gerere.

Mediocriculus idem Cato ponit, cum ait: *Ridibundum magistratum paucos homines, medicriculum exercitum obviam duci*. PAULUS.

Medioximum, mediocre.

M ditterream melius, quam mediterraneum, Sisenna dici putat.

Meditrinalia dicta hac de causa: mos erat Latinis populis, quo die quis primum gustaret mustum, diceret (12) omnis gratia: *Vetus novum vinum bibo, veteri novo morbo medeor*. A quibus verbis etiam Meditrinæ deæ nomen conceptum (13), ejusque Meditrinalia dicta sunt. (12) Dicere. (13) Conceptum.

Meditullium dicitur, non medium terræ, sed procul a mari, quasi meditellium, ab eo quod est tellus.

Medius fidius compositum videtur, & significare Jovis filium, id est Herculem, quod Jovem Græci δῖος & (14) nos Jovem: ac fidium pro filio, quod sæpe antea [15] pro L littera D utebantur. (14) Ut. (15) Antiqui. Quidam existimant jusjurandum esse per divi fidem; quidam per diurni temporis, id est diei, fidem.

Medullitus ex intimis medullis.

Cccc 2 Me-

a Ex his verbis, quæ sequuntur Festi verba, poterant recte conscribi. Et videndum est, an ad hæc pertineant, quæ de Vestali Claudia produntur, quæ patrem complexa de curru se detrahi passa non est. Cicero pro Cælio. Valer. Max. lib. v. cap. iv. Sueton. in Tiberio cap. 11.

b Verba Festi ex Pauli epitome cognovimus. Item ex Livio lib. v. apparet bis matronas aurum contulisse, Veis a Camillo captis, & urbe a Senonibus capta præter Capitolium. Apollini aurem donum Delphos cratera aurea portata est ob decumam voti, quo se dimnaverant. Veis captis Matronis aurum restitutum dicit lib. vi. Plutarch. in Camillo doni Apollini dicat meminit. Plin. lib. xxxiii. cap. 1. id aurum in Jovis cella colatum mansisse scripsit ad Pompejum Magnum. Vide Pilentis.

c Vide ordo sacerdotum, & decem Flaminum nomina ponit Varro lib. iv. & vi. de lingua Lat. Dialis Martialis Quirinalis Volcanalis Palatialis Furinalis Floralis Falacer Pomonalis. Adde Carmentalem ex Cicero in Bruto, Portunalem ex Festo, Perfillum Virbialem ex marmoreis monumentis: item Divi Julii, & Divi Augusti ex eisdem, & eorum temporum historia.

d Sic in carmine Marci vatis. His ludis faciendis præsit is prætor, qui jus populo, plebique dabit summum. Livius lib. xxv. Macrobius lib. i. Saturni. De Salutis augurio. Cicero lib. i. de Divin. Tacitus lib. xii. Dion. lib. xxxvii.

e Cuperem Festi verba videre: neque enim facile Paulo credo asserenti Pontificem fuisse vindicem contumaciæ magistratum, & privatorum. Vide Dionys. lib. iv.

f Obscurus locus, & ni fallor mendosus.

(1) *Mefancilum*

Mefancilum (1) teli missilis genus.  
Megalefia ludos Matris Magnæ appellabant.  
Melancoryphi genus avium, quæ latine vocantur atricapillæ, eo quod summa eorum capita nigra sint.

(2) *Vocata*

Melibœa purpura a nomine insulæ, in qua tingitur, est dicta (2).  
Melicæ gallinæ, quod in Media id genus avium corporis amplissimi fiat L littera pro D substituta.

(3) *Me-  
loas, vel  
Melias, v.  
c. Melia*

Melis (3) hasta a ligno mali dicta.  
Melo nomine alio Nilus vocatur.  
Melos insula dicta est a Melo, qui ex Phœnicæ ad eandem fuerat profectus.  
Meltom meliorem dicebant.  
Membrum abscindi mortuo dicebatur, cum digitus ejus decidebatur, ad quod servatum iusta fierent reliquo corpore combusto.

Memorare significat, nunc dicere, nunc memoriæ mandare.  
Memoriosus, memoriosior, & memoriosus, (&) memoriosissime facit.

Mendicum diei putant velum, quod in prora ponitur. Mendicum dici Verrius putat a mente ejus, quem sefellerit fortuna; vel quod precetur quemque ut vitæ suæ medeatur cibo.

FESTUS.

Mend . . . (a) . . . . .  
ejus, quam se . . . . .  
ut vitæ su . . . . .

PAULUS.  
(4) *Messæ*  
(5) *Messæ*

Mensæ (4), frugibusque jurato, significat per mensam [5], & fruges.  
Mensæ (5) in ædibus sacris ararum vicem obtinebant.

FESTUS.

. . . . . sæ in ædibus sacris ara . . . . .  
. . . . . legibus earum omnium f . . . . .  
. . . . . ut velut in aram, vel in . . . . .  
. . . . . vati quoque in primis i . . . . .  
. . . . . ubi sacras habituri . . . . .  
. . . . . parentatio, non sacrific . . . . .

PAULUS.

Mensarii nummularii.  
Mentecaptus (c) dicitur, cum mens ex hominis potestate abiit; & idem demens, qui (6) de sua mente decesserit; & amens, qui a mente abierit.

FESTUS.

. . . . . hominis potestate . . . . .  
. . . . . mens, quid de sua . . . . .  
. . . . . a mente mente abierit . . . . .

PAULUS.  
(7) *Mercediarius*

Mentum dicebant, quod nos commentum.  
Mercedicius (7) mercenarius, quod mercede se tueatur.  
Mercedonias dixerunt a mercede solvenda.  
Mercurius a mercibus est dictus. Hunc etenim negotiorum omnium existimabant esse deum.  
Merendam antiqui dicebant pro prandio, quod scilicet medio die caperetur.

Mergæ furculæ, quibus acervi frugum fiunt, dictæ a volucris mergis, quia ut illi se in aquam mergunt, dum pisces persequuntur, sic messorum eas in fruges demergunt, ut elevare possint manipulos.

Meritavere (d) (idem) Cato ait, pro meruere.  
. . . . . ere, sæpe merue . . . . .  
. . . . . enorum IIII. Suff. . . . .  
. . . . . uis cohortes omnis . . . . .  
. . . . . taverunt.

FESTUS.

Mertat, pro merfat dicebant.  
Merum antiqui dicebant solum: unde & avis merula nomen accepit, quod solivaga est, & solitaria pascitur; at nunc merum purum appellamus.

PAULUS.

Meson (8) persona comica appellatur, aut coci, aut nautæ, aut ejus generis: dici ab inventore ejus Mesone [9] comædo ait Aristophanes Grammaticus.

(8) *Mæson*

[9] *Mæson*

Messapia Appulia a Messapo rege appellata.  
Metaphoram (e) quam Græci vocant, nos tralationem, id est domo mutatum verbum, quo utimur, inquit, Verrius ali: ne sæpius quidem honesti: ac q. . . . .

FESTUS.

. . . . . enas ut speciosiora at . . . . .  
. . . . . ere significante . . . . .  
. . . . . no, quam proprio vo . . . . .  
. . . . . em indicemus . . . . .  
. . . . . leret, redit ad sua . . . . .  
. . . . . tralatum manebit . . . . .  
. . . . . quo pervenit . . . . .  
. . . . . as: alieno perinde ac suo ab . . . . .

Meta . . . stices (f) dicitur apud p . . . . .  
. . . . . quod propter necessitatem metri . . . . .  
. . . . . t: quod idem barbaris . . . . .  
. . . . . ta oration . . . scrib . . . . .

Meta . . . . . (g) ca. a . cariore . . . . .  
. . . . . perventura . . . . .  
. . . . . dicare ait Ennius . . . . .  
. . . . . id est . . . . .  
. . . . . abus ut . . . . .  
. . . . . accip . . . . .

Metari castra dicuntur, quod metis diriguntur.

PAULUS.

Metelli dicuntur in re (10) militari quasi mercenarii. Attius annalium vigesimo septimo (11) calones, famulique, metellique, caculæque quo genere hominum Cæcilie familie cognomen putatur ductum (12).

(10) *Leg.*

(11) *In annalibus.*

(12) *Dissum.*

Metonymia est tropus, cum ab eo, quod continet, significatur id quod continetur; aut superior inferiore, & inferior superiore: quæ continet, quod continetur: ut Ennius cum ait: *Africa terribili tremis* [13] *horrida terra tumultu*. Ab eo, quod continetur, id, quod continet; ut cum di-

FESTUS.

(13) *Tremis.*

<sup>a</sup> Ex iis, quæ Paulus scribit Mendicum dici Verrius &c. hæc supplenda sunt. Scriptum autem fuisse videtur: mente ejus, quam sefellerit fortuna, non quem.  
<sup>b</sup> Ut Festi verba intelligas, præter Pauli epitomem lege Macrobi. lib. III. Saturn. dum Verg. VIII. Æn. verbum interpretatur: *In mensam leti libant, divosque precantur.*  
<sup>c</sup> Huc pertinent verba Festi, quæ sequuntur.  
<sup>d</sup> Catonis verba relata a Festo non assequimur.  
<sup>e</sup> Si quis Quintilianus cap. VI. de tropis libri octavi legerit attentius, verba Festi facile intelliget, & manca restituet.  
<sup>f</sup> Metaphrastica scriptum fuisse videtur, sed mendose. Pro Metaphrastica, vel Metaphrasi; vel pro Metaphrasi, vel Metabasi interpretari autem existimamus, cum poetæ propter necessitatem metri aliud pro alio ponunt.  
<sup>g</sup> Interpretatione indiget.

dicitur epota amphora vini : a superiore inferior, ut Ennius : cum magno strepitu Volcanum ventus veberat. Ab inferiore superior; ut persuasit animo vinum deus, qui multo est maximus.

PAULUS. Metus feminino genere dicebant. Ennius : Vivam, an moriar, nulla in me est metus.

FESTUS. Migrare mensa (a) . . . . .  
 . . . . . sive templi posita . . . . .  
 . . . . . tur, cum sequitur sua . . . . .  
 . . . . . vidam fuisse in tri . . . . .  
 . . . . . vales appellata.

Mihipte pro mihi . . . . . decuit talen . . . . .

. . . . . versia, atque . . . . .  
 . . . . . entia item a . . . . .

PAULUS. Mihipte (b) Cato pro mihi ipsi posuit.

(1) Per an-  
 tiphrasim. Militem Ælius a mollitia κατ' ἀντίφρασιν (1) dictum putat, eo quod nihil molle, sed potius asperum quid gerat : sic ludum dicimus, in quo minime luditur.

FESTUS. Milium quidam putant cepisse nomen maxime a numerorum summa, quæ est mille, quod alii Græcæ stirpis judicant esse, cum id illi κέρχρον vocent, tam Hercules, quam panicum μεμύχλον.

PAULUS. Millus collare canum venaticorum, factum ex corio, confixumque clavis ferreis eminentibus adversus impetum luporum. Scipio Æmilianus ad populum : Vobis, inquit, veique publicæ præsidio eritis [2] quasi millius cani.

(2) Erit is.

FESTUS. Miluina genus tibiæ acutissimi soni.

Mina (c) singulariter d . . . . .  
 pluraliter dicimus cu . . . . .  
 item M. Cato in s . . . . .  
 mina cog . . . . .

PAULUS. Minam Ælius vocitatum ait mammam alteram lacte deficientem, quasi minorem factam.

Minerrimus pro minimo dixerunt.

Minerva dicta, quod bene moneat : hanc enim pagani pro sapientia ponebant. Cornificius vero, quod fingatur, pingaturque minitans armis eandem dictam putat.

Minime gentium dicebant, pro eo quod est omnium gentium iudicio minime esse faciendum.

Miniscitur pro reminiscitur antiquitus dicebatur.

FESTUS. Minora templa (d) fiunt ab auguribus, cum loca aliqua tabulis, aut linteis sepiontur, ne uno amplius ostio pateant, certis verbis definita. Itaque templum est locus ita effatus, aut ita septus, ut ea una parte pateat, angulusque adfixus 3) habeat ad terram.

(3) Angulosque adfixos.

PAULUS. Minorem Delum Puteolos esse dixerunt, quod Delos (4) aliquando maximum emporium fuerit totius orbis terrarum, cui successit postea Puteolanum, quod municipium Græcum antea Dicæarchia vocatum est ; unde Lucilius : Inde Dicæarchum populos, Delumque minorem.

(4) Delus.

a Locus obscurus interpretem desiderat.

b Verba Festi exceptis his, quæ Paulus notat, non intelligimus. Sed exempli sumpti ex libris Catonis ea esse arbitramur.

c Distingui videtur inter minam singulariter, quam Græci minam dicunt, & minas. Vel usos veteres nonnunquam asserit mina pro minis & Catonis exemplum asserit.

d Videndus Varro lib. vi. de lingua Lat.

e De Casto Cereris, mihi non liquet : tamen non licere a lugentibus Cerialia celebrari docet Livius lib. xxii.

Minores & majores inter cognomina feminarum poni solebant.

Minorum Pontificum maximus dicitur, qui primus in id collegium venit. Item minimus, qui novissimus. FESTUS.

Minotauri effigies inter signa militaria est : quod non minus occulta esse debent consilia ducum, quam fuit domicilium ejus Labyrinthus. Minotaurus putatur esse genitus, eum Pasiphæ Minois regis uxor dicitur concubuisse cum tauro : sed affirmant alii Taurum fuisse nomen adulteri. PAULUS.

Minucia porta appellata est, eo quod proxima est [5] sacello Minuci. Minucia porta Romæ est dicta ab ara Minuci, quem deum putabant. [5] Effet.

Minuebatur populo luctus ædis dedicatione, cum a Censoribus lustrum condebatur ; cum votum publice susceptum solvebatur : privatis autem, cum liberi nascerentur ; cum honos in familiam (6) veniret ; cum pater, aut liberi, aut vir, aut frater ab hoste captus domum rediret ; cum puella disponeretur ; cum propiore quis cognatione, quam is qui lugeretur, natus esset ; cum in casto 7) Cereris constitissent 8).

[6] Familia.

(7) Casto.

[8] Constitissent.

FESTUS.

Minuitur (c) populo luctus ædis dedicatione, cum Censores lustrum condiderunt : cum votum publice susceptum solvitur : privatis autem, cum liberi nati sunt : cum honos in familia venit : cum parens, aut liberi, aut vir, aut frater ab hoste captus domum redit : cum desponsa est : cum propiore quis cognatione, quam is, qui lugeretur, natus est : cum in casto Cereris est, omni que gratulationi [9].

Minurritiones [10] appellantur avium minorum cantus.

(9) Gratulatione.

PAULUS.

(10) Minurritiones.

Minusculæ Quinquatrus appellabantur Idus Junæ, quod is dies festus erat tibicinum, qui Minervam colebant. Quinquatrus proprie dies festus erat Minervæ Martio mense.

Minutum, & minuere ex græco μετρίον dictum videri potest.

Minyæ (11) dicti Argonautæ, quod plerique eorum ex filiis Minyæ fuerant orti. (11) Minyæ.

Mirachidion (12) primæ adolescentiæ. (12) Mirachidion.

Miracula, quæ nunc digna admiratione dicimus, antiqui in rebus turpibus utebantur.

Mirior dicebant comparativum a miro. Titinius : Mirior inquam tibi (13) videor. (13) Tibi inquit.

Miscelliones appellantur, qui non certæ sunt sententiæ, sed variorum, mixtorumque iudiciorum sunt.

Misenum promontorium a Miseno tubicine Æneæ ibi sepulto est appellatum.

Miseratur is, qui conqueritur aliena incommoda : miseretur is, qui miserum sublevat.

Miseret me eadem forma dicitur, qua piget, pænitet, tædet.

Modo cum per correptum O dicitur, significat

cat tempus, ut modo veni: & ponitur pro tantum, ut tace modo. Quod si producta posteriore syllaba enuncietur, dativus vel ablativus est casus ab eo, quod est modus.

Modo quodam (a) idest ratione: dicuntur omnia ista a modo: commoditas, commodus, commodat, accommodat, modice, modestia, moderatio, modificatio . . . . .

FESTUS. . . . . quodam id . . . . .  
 . . . . . fit commodi . . . . .  
 . . . . . dat, modi . . . . .  
 . . . . . ficatio.

PAULUS. Mœne singulariter; dixit Ennius: *Apud emporium in campo hostium per (1) mœne.*

(1) Pro. Mœnia muri, & alia (2) muniendæ urbis gratia facta, ut Attius in Helenibus. Signo exemplo canere, ac tela ob mœnia offerre imperat. Significat etiam officia. Plautus in Nervolaria: *prohibentque mœnia alia, unde ego fungar (3) mea.*

(2) Cetera. Mola vocatur etiam far tostum, & sale sparsum, quod eo molito hostia aspergantur.

(3) Fungor. Moles pro magnitudine fere poni solet: moliri, & molitiones (4) a movendo (5) certum est dici.

(4) Molitor. Mollestras dicebant pelles oviles [6], quibus galeas extergebant.

[5] Molendo. Molucrum (b) non solum quo molæ [7] vertuntur (8) dicitur id, quod Græci *μύλικρον* appellant. Sed etiam tumor ventris, qui etiam virginibus solet evenire, cujus meminit Afranius in Virgine: *Ferme virgini, tanquam gravidæ mulieri, crescit uterus, molucrum vocatur, transit sine doloribus.* Cloatius etiam in libris sacrorum: *Molucrum ajunt esse lignum quoddam quadratum, ubi immolatur.* Idem Ælius in explanatione carminum saliarium eodem nomine appellari ait, quod sub mola supponatur. Aurelius Opilius appellat, ubi molatur.

(6) Ovillas, vel ovinas. Momar Siculi stultum vocant (9).

(7) Rota. Momen momentum. Lucretius: *Momine si parvo possent (10) impulsa moveri.*

(8) Verruntur. Monile dictum est ornatus muliebris, qualem habuisse Eriphylem fabulæ ferunt: ex eo etiam equis præpendens a collo ornamentum monile appellatur.

(9) Appellant. Monumentum (11) est, quod mortui causa ædificatum est: & quidquid ob memoriam alicujus factum est, ut fana, porticus, scripta, & carmina. Sed monumentum quamvis mortui causa sit factum, non tamen significat ibi sepultum.

(10) Si a parvo possent sunt. Monitores dicuntur & qui in scena monent histriones, & libri commentarii.

(11) Monumentum. Monodos (c) appellatus est Prusæ filius, qui unum os habuit dentium loco: similiter habuit & Pyrrhus rex Epirotarum.

Monstrum (d), ut Ælius Stilo interpretatur, a monendo dictum est, velut monestrum. Item Sannius Capito: *quod monstret futurum, & moneat voluntatem deorum: quod etiam prodigium, velut prædictum (12) & quasi prædictum, quod prædicat eadem: & portentum, quod portendat, & significet: inde dici apparet id quartum, quod mihi visum est adiciendum, præsertim cum ex eadem significatione pendeat, & in promptu sit omnibus, idest ostentum, quod item ab ostendendo dictum est. Monstra dicuntur naturæ modum egredientia, ut serpens cum pedibus, avis cum quattuor alis, homo duobus capitibus, jecur cum distabit in coquendo.*

(12) Prodictum, vel perdictum.

. . . . . turæ modum e . . . . . FESTUS.  
 . . . . . avis eum quatt . . . . .  
 . . . . . jecur cum dist . . . . .

Moracias nuces, Titinius duras esse ait, unde fit deminutivum moracillum.

Morbozum hominem, morbo aliquo affectum.

Mortem obiisse (13) ea consuetudine dicitur, qua dixerunt antiqui ob Romam legiones ductas, & ob Trojam duxit exercitum, pro ad. Similiterque vadimonium obiisse (14), idest ad vadimonium iisse [15], & obviam ad viam.

(13) Obisse. (14) Obisse. (15) Iffe.

d Ex his verbis Festi elicitur, auspicium solistimum ex nucibus cadentibus in nuptiis fieri. Id displicet Plinio lib. xv. cap. xxii. & Varroni apud Serv. viii. eclog. Ambo hæc de nucibus juglandibus intelligant. Huc pertinent illa Catulliana: *Concubine nuce da;* & Vergilii: *Sparge marite nuce.*

e Liv. lib. xxiii. scribit, Prænestinos quosdam fuisse Casilini in præsidio, famemque tolerasse, in qua Romanos milites nuce in flumen, qui medius erat inter Romana castra, & oppidum, profudisse, easque fuisse cratibus exceptas. Macrobius lib. iii. Saturn. refert Varronem existimasse, prænestinas nuce esse dictas, quod juxta agrum Prænestinum essent Carstani, ἀπὸ τῆς καρπῶν dicti.

f Ex verbis Festi quædam videntur esse referenda ad aliud verbum mihi ignotum.

g Vide Plin. lib. xiii. cap. xiiii. ex cuius verbis hæc facientur melius, quam ex iis, quæ eadem de re Livius scribit lib. xl. & Plutarch. in Numæ.

**PAULUS.** Numæ Pompilii in Janiculo est sepulchrum. Numella genus vinculi, quo quadrupedes deligantur.

**FESTUS.** ... quo quadruped ... ri nervo, aut co....

**PAULUS.** Numen, quasi nutus dei, ac potestas dicitur.

**FESTUS.** ... nutus dei, ac pote.....

Numeri senatum ait quivis senator consuli, cum impedimento vult esse, quo minus faciat senatusconsultum: postulatque, ut aut res, quæ adferuntur (1), dividantur, aut singuli consulantur; aut si tot non sint senatores, quo numero liceat præscribi senatusconsultum.

[1] *Referuntur.*

Numerius (2) prænomen numquam ante fuisse in patricia familia dicitur, quamvis (2) Fabius, qui unus post sex & trecentos ab Etruscis interfectos superstit, inductus (3) magnitudine divitiarum uxorem duxit Otacilii Maleventani, ut tum dicebantur, filiam ea condicione, ut qui primus natus esset, prænomine avi materni Numerius appellaretur.

**PAULUS.** Numerius prænomen est tractum ab ano. Numero (b) dicebant pro nimium.

**FESTUS.** Nu ..... nt viderur esse .....  
 ..... num numero fu .....  
 ..... eo ordine usur .....  
 ..... etudine loquen .....  
 ..... ejusdem, sive .....  
 ..... ium quemadmodum .....  
 ..... usus Pompejus Sex .....  
 ..... ma syllaba voca .....  
 ..... u casus eadem cor .....  
 ..... e temporis præsentis .....  
 ..... antiquos nimium .....  
 ..... Sinius Capito: esse enim .....  
 ..... um vos estis minime .....  
 ..... ero perbiterint, nisi cito .....  
 ..... mium si illo, qui exeam, numero estis mortui, hoc exemplo, ut pingeretis, idest cur cito mortui estis? Item in Nelei: *Numquam numero matri faciemus volui.* Idem est (4): *Numquam nimium faciemus.* Apud Nævium: *Neminem vidi, qui numero sciret, qui que scit,* idest opus: idest nimium sciret. An panurgus Antonius hæc ait numero nimium cito? celeriter nimium: ut Plautus in *Casina*: *Ere mi? quid vis mea ancilla? nimium sæpius numero dicis nimium cito.* Attius in *Ætomaio*: *Ego ut essem adfais tibi, non ut te extinguerem, tuam peti gnarum, numero te expurgat timor.* Afranius in *Suspecta*: *per falsum, & abs te creditum numero nimis: Celeriter: Cæcilius in Æthrione:*

(4) *Idest.* numero matri faciemus volui. Idem est (4): *Numquam nimium faciemus.* Apud Nævium: *Neminem vidi, qui numero sciret, qui que scit,* idest opus: idest nimium sciret. An panurgus Antonius hæc ait numero nimium cito? celeriter nimium: ut Plautus in *Casina*: *Ere mi? quid vis mea ancilla? nimium sæpius numero dicis nimium cito.* Attius in *Ætomaio*: *Ego ut essem adfais tibi, non ut te extinguerem, tuam peti gnarum, numero te expurgat timor.* Afranius in *Suspecta*: *per falsum, & abs te creditum numero nimis: Celeriter: Cæcilius in Æthrione:*

(5) *Fuge.* *Ei perii: quid ita? numero: venit fuce* [5] *domum.* Afranius in *Simulante*: *Ei (6) misera numero, ac nequicquam egi gratias.*

(6) *E. v. c.*

**PAULUS.** Numidas dicimus, quos Græci Nomadas; si ve quod id genus hominum pecoribus negotiatur; si ve quod herbis ut pecora aluntur.

..... das dicimus, quos Gr .....  
 ..... hominum pecoribus .....  
 ..... cora aluntur.

Nummus ex Græco numismate nascitur. **PAULUS.**  
 ..... istimantur d .....  
 ..... ualere, quia .....  
 ..... hoc proprium est .....  
 Nuncupata pecunia est, ut ait Cincius in libro secundo *de officio jurisconsulti*, nomina certa nominibus propriis pronuntiata: cum nexum faciet, mancipiumque uti lingua nuncupasset, ita jus esto; ita, ut nominarit, locutusve erit, ita jus esto; Vota nuncupata dicuntur, quæ Consules, Prætores, cum in provinciam proficiscuntur, faciunt; ea in tabulas præsentibus multis referuntur. At Santra libro secundo *de verborum antiquitate* satis multis nuncupata colligit non derecto nominata significare, sed promissa, & quasi testificata, circumscripta, receptaque (7) (7) *Quod.* etiam in votis nuncupandis esse convenientius.

Nundinalem (c) cocum Pla..... dinale est in ..... novendial ..... nificat qu ..... ret.

Nundinas feriarum diem esse voluerunt antiqui, ut rustici convenirent mercandi, vendendique causa, eumque nefastum, ne si liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores.

Nundinas feriarum diem esse voluerunt antiqui, quo mercandi gratia urbem rustici convenirent. **PAULUS.**

Nuncius & res ipsa, & persona dicitur. **FESTUS.**  
 ..... in persona dicitur ..... allatus est, quod ..... mentaris fec. ....

Nuper quasi noviter (8), tamquam dicamus novissime. **PAULUS.**  
 ..... tamquam dici e ..... ris id autem .....  
 sa erant, qui nu .....  
 Nupta verba dicebantur ab antiquis, quæ virginem dicere non licebat, ut Plautus in *Discollo* (9): *Virgo sum, non dum didici nupta verba dicere.* [9] *Dyscolo.*

Nuptam a græco dictum, illi enim nuptam appellant *νύμφω*. **PAULUS.**  
 ..... lieres quibus ..... eadem causa ..... qui .....  
 appellatam ..... tamen qui dice ..... *νύμφω*  
 ..... appellat uxo ..... consuetudi ..... ait *ἐξ ἀπὸ*  
 ..... *σάων*.

Nuptias distas esse ait Santra ab eo, quod nympha dixerunt Græci antiqui *νύμφω*: inde novam nuptam *νέην νύμφω*. Cornificius, quod nova petantur conjugia. Curiatius, quod nova ratio (10) fiat. Ælius, & Cincius, quia flameo caput nubentis obvolvatur, quod antiqui obnubere vocarunt (11): ob quam causam legem quoque Parentam (12) jubere caput ejus obnubere, qui parentem necavisses, quod est obvolvere. **PAULUS.**  
 (10) *Parentis.*  
 (11) *Vocantur, v. c.*  
 (12) *Purificam.*

Nusciosum Atejus Philologus ait appellari solitum, qui propter oculorum vitium parum vi.

<sup>a</sup> Idem ait Julius Paris in epitome Valerii Maximi de prænominibus. Cur autem dicatur Numerius, M. Varro in Catone, si ve de liberis educandis ita scribit: Ut qui contra celeriter erant nati, fere Numerios prænominabat: quod qui cito facturam quid ostendere volebat, dicebat numero id fore, quod etiam in partu precabantur Numeriæ, quam deam soleant indigetare etiam Pontifices. Hæc mendose Nonius, sed nos emendate, ut opinamur, conscripsimus.

<sup>b</sup> Multa hic obscura, & mendosa in verbis Festi. Vidend. Nonius de varia signif. fermonum.

<sup>c</sup> Plaut. in *Aulul.* „ Coquus ille nundinalist. in nonum diem solet ire coctum “.



(1) P. videret : at Popilius (1) Aurelius nusciciones esse  
*Opilius.* cæcitudines nocturnas. Ælius Stilo, qui plus vi-  
 deret vesperi, quam meridie, nec cognosceret,  
 nisi quod usque ad oculos admovisset.  
 PAULUS. Nusciciolus, qui parum videt propter vitium  
 oculorum, quique plus videt vesperi, quam me-  
 ridie.  
 FESTUS. .... cuntur noma .... unde Cato in .... mul-  
 tam vivunt .... cerialibus Capito Si ..... ait,  
 cum velimus sig ..... libus in Circo mitti .....  
 fet plane volumus .... quia adeo diligantur f ....  
 præ flamma cum sunt u ....

O.

PAULUS. **O**B præpositio alias ponitur pro *circum*,  
 ut cum dicimus urbem obsideri, obsi-  
 gnari, obvallari: alias in vicem præpo-  
 sitionis, quæ est *propter*, ut obmerita, ob supera-  
 tos hostes, unde obsides, pro obsides, qui obfi-  
 dem patriæ præstandam dantur, alias pro ad, ut  
 Ennius: *ob Romam noctu legiones ducere cœpit*.

FESTUS. ... onitur .... obsideri ob .... in vicem præ-  
 po .... superatos ... riæ præstandam .... ob  
 Romam noc .... ob Trojam duxit ...

Ob præpositione antiquos usos esse pro ad, te-  
 stis est Ennius, cum ait libro quartodecimo: *omnes occisi, obcensique in nocte serena*, idest  
 (2) *Lucenti.* accensi (2): & in Iphigenia: *Acherontem obibo*,  
*ubi mortis thesauri obiacens*. Eiusdem autem

generis esse ait (3) obferre, obculit (4), obcur-  
 rit, oblatus, obiectus; mihi non satis persua-  
 det.  
 (3) *Vult.*  
 (4) *Obculit.*

PAULUS. Ob os significat ad os.  
 FESTUS. Ob os ad os significat .... item ut superiori-  
 bus quoque exemplis testatus (5) est.

(5) *Testa-*  
*zum.* Obacerare (6), obloqui, atque alterius fermo-  
 nem moleste impedire, quod sumptum videtur a  
 paleis, quas Græci *ἀχρον* vocant. Itaque & fru-  
 mentum, & panis non sine paleis, acerosus dicitur:  
 item lutum aceratum paleis mixtum.

Obacerbat, exacerbat.  
 Obambulare, adversum alios ambulare, &  
 quasi ambulanti sese opponere.

Obdere, opponere, vel operire.  
 Obdire, obaudire.  
 (6) *Aberit.* Obescet, oberit, vel aderit (6).

Obefus, pinguis, quasi ob edendam factus.  
 Obherbescere (7), herbam increfcere.  
 (7) *Obbebe-*  
*fere, vel*  
*Obescere.* Objacuisse, antea jacuisse.

Obices, pessuli, feræ.  
 Obigitat, anteagitat, ut obambulat.  
 Obigitat antiqui dicebant, pro ante agitatur,  
 ut obambulare.

FESTUS. Obigitat antiqui dicebant, pro ante agitatur,  
 ut obambulare.  
 PAULUS. Obinunt, obeunt.  
 Obitu dicebant pro aditu.

(8) *Astrin-*  
*gere.* Objurare, jurejurando obstringere (8).  
*Tom. VII.*

a Vide Acus, & Aceratum.  
 b Vidend. Plin. lib. xxii. cap. iii. iv. v. & vi. item lib. vii. cap. xxviii. Dionys. lib. x. & xi. Val.  
 Max. lib. iii. cap. ii. Gell. lib. ii. cap. xi. & lib. v. cap. vi. Fulgent. Placiat. de antiquis verbis. Hic  
 est L. Sicinius Dentatus, quem aliqui ex superscriptis L. Siccium appellant, de cujus tantum cæde Livius scri-  
 bit lib. iii.

Objurare jurejurando obstringere, ut est in FESTUS.  
 Pantasilea: *formidabant objurare.*

Objurgatio post turpe factum castigatio. PAULUS.  
 Monitio vero est ante commissum.

Oblitteratum (9), alii ab oblivione, alii a lit- (9) *Oblit-*  
 tore; quod ibi notata fluctibus æquari, & tolli *teratur.*  
 solent.

Oblucinasse (10) dicebant antiqui mente erras- (10) *Oblu-*  
 se, quasi in luco deorum alicui occurrisse. *cuvisse.*

Obmanens pro diu manens, ut permanens.  
 Obmoveto pro admoveto dicebatur apud an- FESTUS.  
 tiquos, ut alia quæ supra relata sunt.

Obnectere, obligare, maxime in nuptiis fre-  
 quens est.

Obnectere, oblegare. PAULUS.

Obnoxius poenæ obligatus ob delictum.

Obnubit, caput operit, unde & nuptiæ dictæ  
 a capitis operitione (11). [11] *Operiti-*  
*one.*

Oboritur, adnascitur.

Oboritur, adnascitur: nam præpositionem ob  
 pro ad solitam poni, testis hic versus: *Tantum*  
*gaudium oboriri ex tumultu maximo*; & En-  
 nius: *ob Romam noctu legiones ducere cœpit*.

Obprobare, probrum obiicere. PAULUS.

Obpuviat verberat a paviendo, idest feriendo:  
 unde pueri, quod puniendo coercentur, idest  
 plagis; unde & pavimenta.

Obrogare est legis prioris infirmandæ causa  
 legem aliam ferre.

Obrutuit (12), obstupuit, a bruto, quod anti- (12) *Obbrut-*  
 qui pro gravi, interdum pro stupido dixerunt. *uit.*

Afranius: *non possum verbum facere; obrutui.*

Obsalutare, salutandi gratia offerre. FESTUS.

Obsalutare offerre salutandi gratia dicebant  
 antiqui, ut consalutare, persalutare.

Obsecrare est opem a sacris petere. PAULUS.

Obsequela, obsequium.

Observasse dicitur, qui observat, quid, cu- FESTUS.  
 jusque causa facere debeat: itaque is [13] obser- (13) *Is, qui.*  
 var (14), coluisse aliquem dicitur. [14] *Obser-*  
*vasse idest.*

Obsidionalis (b) corona est, quæ datur impe-  
 ratori ei, qui obsidione liberavit ab hostibus ob-  
 sessos: ea fit ex gramine viridi fere ex eo loco  
 decerpto, in quo erant inclusi; herbam autem vi-  
 ctoriæ signum fuisse apud antiquos, aliisque [15] [15] *Aliquor.*  
 exemplis docuimus: quæ corona magæ auctori-  
 tatis fuit. Nam & P. Decio datae duæ sunt. Una  
 ab exercitu universo; altera ab iis, qui fuerunt in  
 præsidio oblessi: & L. Sicinio Dentato, qui  
 Achilles Romæ (16) existimatus est, ac fertur (16) *Roma-*  
 centies, & vicies [17] pro Rep. depugnasse: Coro-  
 nis donatus viginti sex: In iis aureis octo, civicis  
 quattuordecim, muralibus tribus, obsidionali  
 una. Inter obsidionalem, & civicam hoc interest,  
 quod altera singularis (18) signum salutis est, alte-  
 ra diverforum civium servatorum. [18] *Singu-*  
*lis.*

Obsidionalis corona dicebatur, quæ ei, qui  
 oblessos liberaffet ab hostibus, dabatur: ea fiebat

E e e e e x

- ex gramine viridi ex eo loco decerpto, in quo erant inclusi; quæ corona magnæ auctoritatis erat Civica corona singularis salutis signum erat; obsidionalis univerforum civium servatorum.
- FESTUS.** Obsidionem potius dicendum esse quam obsidium, adjuvat nos testimonio suo Ennius in Talamone, cum ait: *Scibas natum ingenuum Ajacem, cui tu obsidionem paras.* Item alio loco: *Hector quid (1) haud cessat obsidionem obducere?*
- (1) *Quidem.*
- Obsidium, tamquam præsidium, subsidium, recte dicitur: cujus etiam auctor C. Lælius pro se apud (2) populum: *ut in (3) nobis terra, marique simul obsidium facerent*; & Salustius historiarum primo: *magnis opibus profectis obsidium cepit per L. Carilinam legatum.*
- (2) *Ad.*  
(3) *Uri.*
- Obsonitavere (a) sæpe obsonavere. Cato in suasionem de lege Orchia (4) derogaretur: *qui antea obsonitavere, postea centenis obsonitavere*: significat autem convivari.
- [4] *Ne legi Orstua.*
- PAULUS.** Oblonitavere, sæpe oblonavere: significat autem convivari.
- Obstinat, obfirmat.
- FESTUS.** Obstinato, obfirmato perseveranti (5), ut tenere possit, Pacuvius: *obstinati exorsus*, ut Attius in Amphitryone, *aut tam obstinato animo confisus tuo.* Cato in Q. Thermum de decem hominibus: *rumorem, famam floccifecit captus (6) stupris, obstinatus insignibus flagitiis.* Nævius in Lycurgo: *vos, qui astatis obstinati.*
- (6) *Cupitus.*
- Obstinet dicebant antiqui, quod nunc ostendit; ut in veteribus carminibus: *Sed iam si celo candens aurora obstinet suum patrem.*
- PAULUS.** Obstinet, pro ostendit.
- (7) *Obscium.*
- Obsitum (7), violatum.
- FESTUS.** Obsitum (8) Cloatius, & Ælius Stilo esse ajunt violatum, attactumque de cælo. Cincius eum, qui (9) deo, deæque obstiterit, idest qui viderit, quod videri [10] nefas esset.
- (8) *Obscium.*  
(9) *Cum quid.*  
(10) *Videre.*
- Obsitum, obliquum.
- PAULUS.** Obsitum, obliquum. Ennius lib. XVIII. (11) *motibus obstitis, obstantibus, unde oritur non*: & libro octavo: *amplius ex augure (12) obstipolumve (13) solis.* C. Licinius Imbrex (14): *resuspina obstito capitulo sibi ventum facere cunicula.* Lucretius: *Omnia mendose fieri, atque obstita necesse est.*
- (11) *XVI.*  
(12) *Ex auge.*  
(13) *Obstipolumve, obstipolumve.*  
(14) *Cecilius in Imbres.*
- Obstrudant, obstrulent, ab avide trudendo gulam, non sumendo cibum, unde & obstrudentum... dixit Titinius: *obstrudenti aliquid, quod peccam sedens; Aut hic lataster, aut formaster frigidus.*
- PAULUS.** Obstrudant, avide trudent.
- Obtestatio est, cum deus testis in meliorem partem vocatur; detestatio, cum in deteriorem.
- Obtrectat, contra sententiam tractat.
- Obtrectator est, qui facit quid contra recte tractantem.
- Obturare ex Græco trahitur, ab eo, quod illi ostia dicunt *θύρας*.
- Obtutu, quasi obtuitu, a verbo tueor (15), (15) *Tuor.* quod significat video.
- Obvaricator dicebatur, qui cuiquam occurrebat, quo minus id (16) rectum iter conficeret. [16] *I.*
- Ob vos sacro, pro vobis obsecro: ut sub vos placo, pro supplico.
- Ob vos sacro, in quibus precationibus est, pro vos obsecro, ut & sub vos placo pro supplico.
- FESTUS.**
- Occare (b) & occatorem Verrius putat dictum ab occadendo, quod cædat grandes globos terræ, cum Cicero venustissime dicat ab occadendo fruges satas.
- Occare, & occator ab occidendo dictum, quod grandes terræ cædat globos.
- PAULUS.**
- Occasio opportunitas temporis casu quodam provenientis est.
- FESTUS.**
- Occasio, opportunitas temporis casu proveniens.
- PAULUS.**
- Occasus, interitus, vel Solis, cum decidit a superis infra terras, quo vocabulo Ennius pro occasione est usus in libro secundo: *hic occasus datus est, at Horatius incultus, saltu.* Item in libro quinto: *iniicit irritatus, tenet, occasus juvat res.* Item in libro octavo: *aut occasus ubi, tempusve audere repressit.*
- FESTUS.**
- Occasus, interitus, vel Solis in Oceano merisio.
- PAULUS.**
- Occentare dicebant pro convicium facere, cum id clare; & cum quodam canore fieret, ut procul exaudiri potuisset, quod turpe habebatur; quia non sine causa fieri putatur (17); inde (17) *Pucantilenam dici, quia illam non cantus jucunditatem puto.*
- PAULUS.**
- Occentassiat (c) antiqui dicebant, quod nunc convicium fecerint, dicimus; quod id clare, & cum quodam canore fit, ut procul exaudiri possit: quod turpe habetur, quia non sine causa fieri putatur: inde cantilenam dici, quia illam non cantus jucunditatem puto.
- FESTUS.**
- Occidamus Plautus ponit pro contra cedamus: cum plurimæ aliæ præpositiones familiariores huic verbo sint.
- Occidamus Plautus posuit pro contra cedamus.
- PAULUS.**
- Occisitantur, sæpe occiduntur.
- Occisitantur, sæpe occiduntur: sic C. Gracchus pro rostris in P. Popillium: *homines liberi nunc in oppido occisitantur.*
- FESTUS.**
- Occisus a necato distinguitur: nam occisus a cædendo dictus, necatus sine ictu.
- PAULUS.**
- Occisum a necato distingui quidam, quod alterum a cædendo, atque ictu fieri dicunt, alterum sine ictu. Itaque in Numæ Pompilii Regis legibus scriptum esse: *si hominem fulminibus occisit, ne supra genua tollito*; & alibi: *homo si fulmine occisus est, ei iusta nulla fieri oportet.*
- FESTUS.**
- Occ-

<sup>a</sup> In verbis Catonis mendum esse opinor: & post verbum *antea* scriberem *denis*, vel aliquid hujusmodi.

<sup>b</sup> Locus Ciceronis relatus a Festo, est in libro de senectute juxta editionem Petri Victorii, ut citatur a Nonio Marcello, non ut vulgo circumfertur.

<sup>c</sup> Reperitur hoc verbum in duodecim tabulis, ut referebat Cicero lib. iv. de Repub. teste Aug. lib. ii. cap. ix. de Civit. Dei. Ultima verba mendosa sunt; in veteri libro una littera tantum diversa. *Candus* enim illic pro *cantus* scriptum est. Gabrieli Faerno optimo emendatori omnium librorum videtur esse scribendum: inde *cantilenam dici querellam non cantus jucunditatem puto.*

Occultum offerre significat sub terram fere ponere.

PAULUS. Occupaticius (a) ager dicitur, qui desertus a cultoribus propriis, ab aliis occupatur.

FESTUS. Occupaticius ..... a cultoribus fr..... ri creptus, quod in ..... nam cum Hann..... bene meri ..... atque eorum a ..... tamquam ex l..... nandos pu..... dicitur commu..... est a privatis ..... accepissent.

(1) Ocy-  
num. Ocimum (1) Græcum.  
PAULUS. Ocimum 2 græcum, & a (3) celeritate nascendi est dictum.

(2) Ocy-  
num. Ocium & ocissime positivum latinum non habent, sed ab eo veniunt, quod est in Græco [4] *ὀκείως* *ὀκείως* (4).

FESTUS. Ocium secundæ collationis, & deinde tertie ocissime frequentata sunt: alii dicta a nostris, &

(5) *Diſtas*,  
noſtras, v. c. (5) tracta ex Græco, idest *ὀκείως*, cujus prima significatio, ex qua procedere in comparisonem debet, apud nos non est: tertie vero collationis (6), cujus majora exempla sunt, auctor est

(6) Con-  
solationis,  
v. c. Plautus in Nervolaria: *Ocissime nos liberi possumus fieri* ..... quicquam occisa ..... lius historiarum ..... tantur ocissim ..... lamia apud ..... lamiam oportet.

Ocrem antiqui, ut Atejus Philologus in libro Glossematorum refert, montem confragosum vocabant, ut apud Livium: *Sed qui sunt hi, qui ascendunt altum ocrim? Et, celsosque ocris, arvaque patria, & mare magnum. Namque Tanari celsos ocris. Et, haud ut quem Chiro in Penlio docuit ocri:* unde fortasse etiam ocreæ (7) sint dictæ inæqualiter tuberatae.

(7) *Ocrie*,  
v. c. Ocrem montem confragosum dicebant antiqui: hinc ocreæ dictæ inæqualiter tuberatae.

PAULUS. Ocrem montem confragosum dicebant antiqui: hinc ocreæ dictæ inæqualiter tuberatae.

FESTUS. Octaviae porticus duæ appellantur, quarum alteram theatro Marcelli propiore Octavia soror Augusti fecit: alteram theatro Pompei proximam CN. Octavius CN. filius, qui fuit Ædilis Curulis, Prætor Consul-Decemvir (8) sacris faciendis, triumphavitque de rege Perse navali triumpho, quam combustam reficiendam curavit Cæsar Augustus.

(8) *Vinum*,  
v. c. October b) equus appellatur, qui in campo Martio mense Octobri immolatur quotannis Marti, bigarum victricum dexterior, de cujus capite non levis contentio solebat esse inter Suburanenses, & Sacravienſes, ut hi in regie pariete, illi ad turrim Mamiliam id figerent; ejusdemque cauda [9] tanta celeritate perfertur in regiam, ut ex ea sanguis distillet in focum, participandæ rei divinæ gratia: quem hostiæ loco quidam Marti bellicodeo sacrari dicunt, non ut vulgus putat, quia velut supplicium de eo sumatur, quod Romani Ilio sunt oriundi, & Trojani ita effigie in equi sint capri. Multis autem gentibus equum hostiarum numero haberi, testimo-

[9] *Quoda*,  
v. c. *codæ*.

nio sunt Lacedæmonii, qui in monte Taygeto equum ventis immolant, ibidemque adolent, ut eorum flatu cinis ejus perfinis, quam latissime deferatur (10) & Sallentini, apud quos Menzanæ [10] *Differtur*, v. c. Jovi dicatus vivus conicitur in ignem, & Rhodii, qui quotannis quadrigas soli consecratas in mare jaciunt, quod is tali curriculo fertur circumvehi mundum.

October equus appellabatur, qui in campo Martio mense Octobri Marti immolabatur, de cujus capite maxima erat contentio inter Suburanos, & Sacravienſes, ut hi in regie pariete, illi ad turrim Mamiliam id figerent. Cujus cauda, ut ex ea sanguis in focum distillaret, magna celeritate perferebatur in regiam.

Oculatum (c) pro præfenti posuit Plautus cum dixit: *oculata die*. Item ipse: *pluris est oculatus testis unus, quam auriti Decem*, idest qui se vidisse dicat.

..... dolo osculatum (11) pro præ..... odie cæca hercule..... tem alibi oculatum ar..... idem pluris est ocul..... idest qui se vidisse di..... formam ab oculi ap.....

Oculissimum d) carissimum. Plautus: *Oculissimum ostium amicæ*.  
..... imum ostium amicæ ..... me dixit signifi.....

Oculitus quoque dicitur, ut funditus, penitus, quo significatur tam carum esse, quam oculum.  
..... unditus, penitus signifi..... alum vel instare.....

Odefacit dicebant, pro olfacit; quæ vox a Græco *ὀσμή* tracta est.  
..... antiqui ab odore ..... consuetudine in...  
..... ut sæpe alias, tum in hoc quoque libro contentæ: quæ vox, ut quibusdam videtur, ex Græca *ὀσμή* tracta est.

Enigenas, vino genitos.  
Æstrum, faror Græco vocabulo.

Offectores colorum infectores.  
Offendices dicebant ligaturæ nodos, quibus apex retinebatur, id cum pervenisset ad mentum, dicebant offendimentum.

Offendices ait esse Titius nodos, quibus apex retineatur, & remittatur: at Veranius Choriola (12) existimat, quæ sint in loris apicis, quibus apex retineatur, & remittatur, quæ ab offendendo dicuntur: nam cum ad mentum perventum est, offendit mentum.

Offerumenta dicebant, quæ offerebant.  
Officiosus ab efficiendo dictus.

Offringi terra dicitur, cum iterum transverso fulco aratur.  
Offucare, aquam in sauces ad sorbendum dare.  
Offudas [13] fallacias.

Ogygia mœnia Thebana ab Ogygo conditore dicta.

Eeee 2 Ogy-  
(13) *Offritios*, vel *officias*, vel *offucelas*.

a Verba Festi ex historia mihi ignota essent sarcienda. Videtur autem post devastatos agros ab Hannibale benemeritis non fuisse restitutos suos, si erant ab aliis occupati; sed alios occupaticios traditos. Vide Possessiones.

b Menzana quæ sit apud Sallentinos quærendum est.

c Plaut. in Pseud., „Eme die cæca Herule olivum, id vendito oculata die“. Idem in Truculent., „Pluris est oculatus testis unus“ &c.

d Plaut. in Curcul.

**FESTUS.** Ogygia mœnia Attius in Diomede appellans, significat Thebas, quia eam urbem Ogygus condidisse traditur.

**PAULUS.** Oleagineis coronis ministri triumphantium utebantur, quod Minerva dea belli esse putabatur.

Olentica mali odoris loca.

Oletum sterco humanum. Veranius: *sacerdotula in sacrario Martiali fecit oletum.*

Olivetam (a) dicebant ab oleis, ut a vino vindemiam.

**FESTUS.** Olivetam antiqui dicebant, cum olea colligebatur, ut messem, cum frumenta; vindemiam, cum uvas: quod vocabulum potius frequentari debebat, quam nullam (1) ejus significationis causam 2) haberemus: quamvis quidam olivetatem eam dicant.

[1] Nullum.  
[2] Cum.

**PAULUS.** Ollic, illic: ut olli, illi.

**FESTUS.** Olvatum Antistius Labeo ait esse mensuræ genus.

**PAULUS.** Omen velut oremen (3) quod fit ore: augurium, quod avibus (4) aliove modo fit.

(3) Oremen.  
(4) Quod non avib.

Ommentans (b)..... in Odysea cum ait: *in Pylum advenies* [5], *aut ibi ommentans*: significat obmanens. Sed ea significatione, qua sæpe fieri dicitur, id enim est mantare.

**FESTUS.** Opaca vocantur umbrosa.

**PAULUS.** Opaca, umbrosa.

Opalia (c) dicebantur dies festi, quibus Opi supplicabant.

**FESTUS.** Opalia dies festi, quibus supplicatur (6) Opi, appellantur, quorum alter.

(6) Supplicant.

Opertat, sæpe operit.

**PAULUS.** Opigenam Junonem matronæ colebant, quod ferre eam opem in partu laborantibus credebant.

Opilio genus avis.

**FESTUS.** Opima (d) spolia dicuntur originem quidem trahentia ab Ope Saturni uxore, quod ipse agrorū cultor habetur, nominatus a satu, tenensque falcem effingitur, quæ (7) est insigne agricolæ. Itaque illa quoque cognominatur Coosiva, & esse existimatur terra. Ideoque in regia colitur a populo Romano, quia omnes opes humano generi terra (8) tribuat. Ergo & opulenti dicuntur, terrestribus rebus copiosi: & hostiæ opimæ præcipue pingues; & opima magnifica, & ampla: unde spolia quoque, quæ dux populi Romani duci

hostium detraxit, opima dicuntur: quorum tanta raritas est, ut intra annos paulo..... trina contigerint nomini Romano: una, quæ Romulus de Acrone: altera, quæ Cossus Cornelius de Tolumnio: tertia, quæ M. Marcellus Jovi Feretrio de Viridomaro (9) fixerunt. M. Varro ait [9] *Viridomaro*, opima spolia etiam esse, si manipularis miles detraxerit, dummodo duci hostium..... non sit. Ad ædem Jovis Feretrii poni, testimonio esse libros pontificum, in quibus sit pro primis spoliis bovem (10), pro secundis solitaurilibus, pro tertiis agno publice sacra fieri debere, esse etiam compelli reges (11) legem opiorum spoliiorum talem: cujus auspicio classe procieta opima spolia capiuntur, Jovi Feretrio dari oporteat, & bovem cædito, qui cepit æris ducenta. Secunda spolia in Martis aram in campo, Solitaurilia utra voluerit cædito: tertia spolia Jano Quirino agnum marem cædito centum qui ceperit ex ære dato: huic ædis (12) ex nulla extat, neque (13) templum habeat: 14), neque scitur. Ut qui opima (15) lege fuerint, adici solet, cum quidam magistratus creatur.

(10) Bove.  
(11) Pompilii Regis.  
(12) Æris.  
(13) Neque quod.  
(14) Habent.  
(15) Optima.

Opiparum, magnarum opum apparatus.

Opis dicta est conjux Saturni, per quam voluerunt terram significare, quia omnes opes humano generi terra tribuit. Uade & opulenti terrestribus rebus copiosi, & hostiæ opimæ præcipue pingues; & opima, magnifica & ampla spolia.

Opiter est, cujus pater avo vivo mortuus est, ducto vocabulo, aut quod obitu patris (16) genitus sit, aut quod avum ob patrem habeat, idest pro patre.

(16) Obito patre.

Opitulus Juppiter, & opitulor dictus est, quasi opis lator.

Oportune dicitur ab eo, quod navigantibus maxime utiles, optatique sunt portus.

Opperiri, expectare.

Oppido valde multum. Ortum est autem hoc verbum ex sermone inter se confabulantium, quantum quisque frugum faceret, utque multitudo significaretur, sæpe respondebatur quantum vel oppido satis esset: hinc in consuetudinem venit, ut diceretur oppido, pro valde multum. Itaque si qui in aliis rebus eo utuntur, ut puta si qui dicant oppido didici, spectavi, ambu-

a Illa verba mendosa sunt, „ quam nullam ejus significationis causam haberemus “. In alio libro est: „ quam nullum ejus significationis “: cetera duo verba desunt: pro quibus fortasse substitui posset, *cum haberemus*.

b Deest Livii nomen, qui Odyseam latinam fecit, de qua Cicero in Bruto. Odysea latina est, tamquam opus aliquod Dædali; & Livianæ fabulæ non satis dignæ, quæ iterum legantur. Reperitur autem hic versus lib. 1. Homeri Odyss.

c Varro lib. 1. de ling. Lat. & Macrob. lib. 1. Saturn. unum tantum diem tribuunt opalibus, is erat xiv. kal. Jan. quod etiam in fastis notatum est.

d Carolus Sigonius, a quo multa in hoc libro emendata sunt, quod deest post illa verba *intra annos*, ita posse sarciri existimat; „ ut intra annos paulo minus Dxxx. tantum trina contigerint “, &c. Sumitur autem id ex Fastis Capitolinis, in quibus anno Dxxx. kal. Marr. M. Claudius Marcellus coff. de Gallis Insubribus triumphavit, & idem spolia opima rettulit duce hostium Viridomaro ad Clastidium interfecto. Quod vero post illa verba „ duci hostium desideratur “, ita idem doctissimus vir scribendum esse arbi tratur: „ duci hostium detraxerit. Quod autem omnia solita non sint ad ædem Jovis “ &c. Hanc emendationem juvat, quod postea dicitur secunda spolia in Martis aram, tertia Jano Quirino ferenda. Sed mihi hoc non satis probatur; cum non in libris Pontificum, sed in lege Numæ de secundis, & tertiis spoliis, quod retulimus, sit. Eidem placet quod ad extremum de opima, vel optima lege dicitur, conjungendum esse cum iis, quæ ab illis verbis *Optima lex* inchoantur. Mihi vero id quidem ita probatur, si ex hoc uterque locus restitui posset. Quod vero ad interpretationis rationem attinet, vehementer probo ejus opinionem. Sunt tamen satis mendosa, & mutila hæc, & illa.

bulavi, errant, quia nulli eorum subiici potest : vel quod (1) fatis est.

(1) Quod oppido.

Oppidorum (a) originem optime refert Cicero libro primo de gloria, eamque appellationem usurpationem appellatam esse existimat, quod opem darent, adiciens, ut imitetur ineptias stolorum.

Oppidum dictum est, quod opem præbet. Oppidum dictum, quod ibi homines opes suas conferunt: oppidum dicitur & locus in circo, unde quadrigæ emittuntur.

FESTUS.

Ops antiqui dicebant opulentum: unde e contrario inops.

Ops antiqui dicebant quem nunc opulentum dicimus, ut testimonio est non solum ei contrarius inops ..... concedit, ego egens exortus sum.

Optatam hostiam, alii optimam appellant eam, quam Ædilis tribus constitutis hostiis optat, quam immolari velit.

Optima lex (b)..... in Magistro populi faciendo, qui vulgo Dictator appellatur, quam plenissimum potest jus esse (2), significabatur, ut fuit Manii Valerii, M. Fabii, Volusinae gentis (3), qui primus Magister, a populo creatus est: propter (4) quam vero provocatio ab eo magistratu ad populum data est, quæ antea non erat: defitum est dici (5), ut optima lege, utpote immunito jure priorum magistratum.

(2) Ejus.

(3) M. filii Valusi nepotis.

(4) Post.

(5) Adici.

Optio, qui nunc dicitur, antea appellabatur accensus. Is adjutor dabatur centurioni a Tribuno militum, qui ex eo tempore, quem velint, centurionibus permittitur optare, & nomen ex facto sortitus est. Plautus in Asinaria: *quæ me, quæ uxorem, quæ tu Sauream servum potes, circumduce, aufer, promitto tibi, non obfuturum, si id effeceris; tibi, optionem sumito Leonidam.*

PAULUS.

Optio est optatio, sed in re militari optio appellatur, quem decurio, aut centurio optat sibi rerum privatarum ministrum, quo facilius obeat publica officia.

Optionatus ut Decurionatus, sive Pontificatus dicitur.

FESTUS.

Optionatus, ut Pontificatus, Decurionatus dicitur, ut Cato in ea, quam habuit apud equites: „majores seorsum, atque diversum pretium, „paravere bonis, atque strenuis, decurionatus, „optionatus, hastas donaticas, aliosque honores“.

PAULUS.

(6) Opinculo.

Opunculo (6), quod opilionis genus cantus imitatur.

Oræ extremæ partes terrarum, id est mariti-

FESTUS.

mæ dicuntur, unde & vestimentorum extremæ partes, quæ quidem & primæ dici possunt. Cæcilius in Æchione usus est pro initio rei, cum ait, oram reperire nullam, quam expediam, queo.

Orare (c) antiqui dixerunt pro agere: unde & oratores causarum actores, & oratores, qui nunc legati, quod reip. mandata peragerent.

PAULUS.

Orare antiquos dixisse pro agere testimonio sunt, quod & oratores, & ii, qui nunc quidem legati, tunc vero oratores, quod Reip. mandatas partes agebant. Ennius quoque cum dixit libro primo annalium: *face vero, quod te cum precibus pater orat.*

FESTUS.

Orata d genus piscis appellatur a colore auri, quod rustici orum dicebant, ut auriculas, oricolas: itaque Sergium quoque quendam prædixit, quod & duobus anulis aureis, & grandibus uteretur, Oratam dicunt esse appellatum.

Orata genus piscis a colore auri dicta, quod rusticorum dicebant, ut auriculas oricolas.

PAULUS.

Oratores (e) ex græco ἀρχήτες dicti, quod missi ad reges, nationesque deos solerent ἀρχήσθαι, id est testari: hi modo appellantur legati.

..... es dictos ex ..... gentes qui missi ..... FESTUS.

..... strum populum Ro. .... ἀρχήσθαι ..... a-ete: eos nostri alii pro legatis appellant, ut Cato in ea, quam scripsit de suis virtutibus contra Thermum. „M. Fulvio Consuli legatus sum in „Ætoliā, propterea quod ex Ætolia complures „venerant Ætolos pacem velle: de ea re oratores „Romam profectos“: & in originū libro primo. „Propter id bellum cœpit Cælius PR. Albanus, „oratores misit Romanam, eum. .... pro decre- „toribus“, ut Terentius: *orator venio, facite exorator sim* (7). Itē & Afranius in Emancipato: (7) *Exoratorum, v. c.*

FESTUS.

Orba significat apud poetas privatam aliqua persona cara. Orba est, quæ patrem, aut matrem, aut filios, quasi lumen amisit.

PAULUS.

..... rba apud poe ..... persona cara: apud ..... mat, ut sca ..... ncos: orba est ..... tris est ante ..... ulus Ælius ..... in eo libro ..... pontificatu ..... ella sine ..... sacra ..... nupta ..... fuisse ..... nisi cius in ..... onygiarum ..... inter se ..... runt ..... ros ..... isse.

Orca genus marinæ belluæ maximum, ad cuius similitudinem vasa ficaria (8) orcæ dicuntur: sunt enim teretes, atque uniformi specie.

PAULUS.

(8) Vinaria, vel ficilia.

a Vidend. Varro lib. iv. de ling. Lat.  
 b De primo dictatore omnes historici varia scribunt. Fuisse qui M. Valerium M. I. Volusi N. prodiderint, affirmat Livius lib. ii. Hujus opinionis fuisse Festum, vel Verrinum apparet, nisi quod Manium eum appellat, non Marcum. Hunc magistratum solum sine provocatione fuisse omnes affirmant; datam postea esse provocationem solus Festus, ut arbitror, auctor est, quamquam id elici possit ex verbis legis Horatiæ, & Duiliæ apud Liv. lib. iii. & Dionys. lib. xiii.  
 c In versu Ennii hæc est initio syllaba, puta. Tu face vero, &c.  
 d M. Varro lib. vii. de re rust. propter pisces ait esse appellatos Sergium Oratam, & Licinium Murz-nam. Idem ait Macrobius lib. iii. Saturn. Hic C. Sergius Orata fuit, de quo Cicero lib. ii. de Fic. & lib. i. de oratore, & lib. iii. de Offic. Val. Max. lib. ix. cap. i. Plin. lib. ix. cap. iv.  
 e Multa deplorata sunt. Terent. in prologo Hecyræ. „Orator ad vos venio ornatu prologi, Sinite exorator sim“.

- FESTUS.** .... nomen duceret ..... maximum .....  
 .... vasa quoque in f. .... retes, atque u....  
 .... malæ & antæ.
- PAULUS.** Orchestra (a) locus in scena.
- FESTUS.** .... antea, qui nunc pla ..... non admitte-  
 bantur ..... rim dum fabulæ ex ..... expli-  
 cari non potera ..... tabant quo equi ori ....
- PAULUS.** Orchitis [b] genus oleæ ex Græco dictum,  
 quod magnitudine sit instar testiculorum.
- FESTUS.** .... Philologus in ..... ductum ex Græco ...  
 .... tudinis : itaque u ..... to grandior ore ....
- PAULUS.** Orcus ab urgendo mortem dictus : Cenim pro  
 G frequenter ponebant antiqui.
- FESTUS.** Orcum, quem dicimus, ait Verrius ab anti-  
 quis dictum Uragum, quod & V litteræ sonum  
 pro O efferebant, & per C litteræ formam ni-  
 hilominus G usurpabant : sed nihil avertit exem-  
 plorum (1), ut ita esse credamus, nisi quod is  
 deus nos maxime urgeat.
- [1] Exem-  
 pli.
- Ordinarium hominem Oppius ait, dici solitum  
 scurram, & improbum, qui assidue in liti-  
 bus moraretur, ob eamque causam in ordine sta-  
 ret aduentium prætorem : at Ælius Stilo qui mi-  
 nime ordine viveret ..... in ea oratione,  
 quam scribit de suis virtutibus contra Thermum:  
*Quid mihi fieret, si non ego stipendia in ordine  
 omnia ordinarius meruisssem semper?* Sunt qui-  
 dam etiam, qui manipularem eum, qui infimi  
 ordinis sit, appellatum credant (2) ordinarium.
- (2) Tra-  
 dant.
- PAULUS.** Ordinarius homo scurra, & improbus, qui as-  
 sidue in litibus moratur, ob eamque causam in  
 ordine stat Prætorem aduentium : sive dictus per  
 contrarietatem, quia minime ordine vivit.
- Ordiri est rei principium facere.
- FESTUS.** Ordiri est rei principium facere, unde & togæ  
 vocantur exorditæ.
- Ordo sacerdotum existimatur deorum .....  
 maximus quisque. Maximus videtur Rex, dein-  
 de Dialis, post hunc Martialis, quarto loco Qui-  
 rinalis, quinto Pontifex Maximus : itaque in  
 conviviis solus Rex supra omnes accubat : sed  
 Dialis supra (3) Martialem, & Quirinalem,  
 Martialis supra proximum, omnes (4) dein supra  
 Pontificem. Rex, quia potentissimus. Dialis,  
 quia universi mundi sacerdos, qui appellatur  
 Dium (5), Martialis, quod Mars conditoris ur-  
 bis parens. Quirinalis socio imperii Romani Cu-  
 ribus ascito Quirino. Pontifex Maximus, quod  
 iudex, atque arbiter habetur rerum divinarum,  
 humanarumque.
- (3) Super.  
 (4) Is.
- [5] Dius,  
 vel Διῷ.
- FESTUS.** Oreæ (c) freni, quod ori inferuntur. Titinius  
 in Setina, *Et si tacebit, tamen gaudebit sibi per-  
 mitti [6] oreæ (7), & Nævius in Hariolo : De  
 prandi autem leonis obdas oreas.* Cato originum  
 libro tertio equos (8), respondit oreas mihi in-  
 de, tibi cape flagellum. Cœlius pro se apud po-  
 pulum : *equusque mihi sub feminibus occisus*
- (6) Promit-  
 ti, v. c.
- (7) Oreas.
- (8) Equus.
- erat, oreas detraho inspectante Lucio Stertino.  
 Oreæ freni, quod ori inferantur, dicti.  
 Oreus liber pater, & Oreades nymphæ a  
 montibus appellantur.
- PAULUS.**
- Oreos liber pater, & Oreades nymphæ appel-  
 lantur, quod in montibus frequenter apparent.
- FESTUS.**
- Oriri, nasci, vel surgere.
- PAULUS.**
- Originum libros quod inscripsit Cato, non fa-  
 tis plenum titulum propositi sui videtur ample-  
 xus, quando prægravant ea, quæ sunt rerum ge-  
 starum populi Romani.
- FESTUS.**
- O ..... quantæ .....  
 Ornatus dicitur, & bonis artibus instructus,  
 & honores adeptus a populo, & bene aptus, ut  
 miles, aut gladiator, & acturus fabulas : atque  
 etiam ornatus dicitur cultus ipse, quo quis orna-  
 tur, ut cum dicimus aliquem tragico vel comi-  
 co ornatu prodire.
- PAULUS.**
- Ornatus dicitur, & bonis artibus instructus, &  
 honores adeptus. Appellaturque ornatus cultus  
 ipse, quo quis ornatur.
- Ortygia Delos insula.
- Orty ..... ita non Delos ..... tus esse ab orbi-  
 bus ..... filia. Ser ..... nius Superbus ge...  
 ..... orarat tende ..... fessionem cce. ....  
 ..... s quod pro ..... ducere unde ..... tus est.
- FESTUS.**
- Oscilla festa in honorem Bacchi, in quibus  
 homines se per funes jactant : alii putant Erigo-  
 nes, & Icarî festa.
- PAULUS.**
- Oscillum (d) Santra dici ait (9), quod oscil-  
 lent, id est inclinent, præcipitesque in os feran-  
 tur. Oscillantes, ait Cornificius, ab eo quod, os  
 cælare (10) sint soliti personis (11) propter vere-  
 cundiam, qui eo genere lusus utebantur. Causa  
 autem ejus jactationis proditur. Latinus rex,  
 quod prælio, quod ei fuit adversus Mezentium  
 Cæritum regem, nusquam apparuerit, judica-  
 tusque sit Jupiter factus Latiaris. Itaque per  
 sex eos dies feriatos liberos, servosque require-  
 re eum, non solum in terris, sed etiam qua vide-  
 retur cælum posse adiri per oscillationem, velut  
 imaginem quandam vitæ humanæ, in qua altis-  
 sima ad infimum interdum, infima ad summum  
 efferuntur : atque ideo memoriam quoque redin-  
 tegrari initio acceptæ vitæ per motus cuna-  
 rum (12), lactisque alimentum, quia per eos dies  
 feriarum, & oscillis moveantur, & lactata potio-  
 ne utantur. Nec desunt, qui exemplum Græco-  
 rum secutos putent Italicos, quod illi quoque in-  
 juria interfecto Icaro, Erigone filia, ejus dolore  
 impulsa suspensio perisset, per simulationem ...
- FESTUS.**
- Oscines aves (13) Appius Claudius esse ait,  
 quæ ore canentes faciant auspiciam, ut corvus,  
 cornix, noctua : aut (14) quæ alis, ac (15) vola-  
 tu, ut buteo, sanqualis, aquila immissulus (16),  
 vulturius : pica aut (17) Martius, Feroniusque,  
 & parra, & in oscinibus, & in alitibus habentur.
- (10) Celeres.  
 (11) Personis, uti.  
 (12) Funi-  
 um.  
 (13) Ali-  
 tes.  
 (14) Ali-  
 ter.  
 (15) Aut.  
 (16) Mil-  
 vus.  
 (17) Picus  
 autem.

a Explicatur a Vitruvio melius lib. v. cap. vi. & vii.  
 b Areius Philologus hujus opinionis auctor citatur. Cetera Festi verba ex epitome intelliges. De orchite  
 Verg. lib. ii. Georg. Plin. lib. xv. cap. i. & iii.  
 c Titinii, & Nævii verba mendosa sunt.  
 d Quod in fine deest poterit addi ex iis, quæ scribit Higinus fabula C. xxx. & lib. ii. de signor. cælest.  
 historia verbo Arctophylax : & interpres Arati Latinus verbo Canis. Hi oscillum ita fieri ab Atheniensibus  
 scribunt, ut tabula interposita pendentes funibus se jactarent, & vento moverentur. Non nihil hac de re  
 Macrob. lib. i. Saturn. & Serv. I. Georg.